This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY



873.2
D484

SCHOLIA

IN LVCANI BELLVM CIVILE

EDIDIT HERMANNVS VSENER

PARS PRIOR

COMMENTA BERNENSIA

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXIX

M. ANNAEI LVCANI

COMMENTA BERNENSIA

EDIDIT HERMANNVS VSENER

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXIX

175217

STANFORD LIBRARY

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

FRIDERICO · RITSCHELIO

SALVBERRIMAE · DISCIPLINAE
PER · HAEC · QVINQVE · LVSTRA
PHILOLOGIS · BONNENSIBVS
AVCTORI · GRAVISSIMO

PIETATIS · ET · AMORIS · CAVSA
HERMANNVS · VSENER
D · D · L · M

ANNO CIↃIↃCCCLXIIII

HERMANNVS VSENER FRIDERICO RITSCHELIO S·P

En tandem praeceptor carissime ad te adlatum quod ante hos quattuor annos, dum quintum tu unici magisterii Bonnensis lustrum condis, munusculum tibi uoueram. multa interim multo quam sperabamus setius ceciderunt. unum non est mutatum neque potuit mutari. eum enim amorem quo nos non modo ingenium praestans sed, quod plus ualet, animus optimarum rerum studiosus et beneuolentia tam non quaesita quam exoptata perculerit, neque aetas conuellere umquam potest neque hercule fortuna uersa euertere.

sed opus tunc incohatum, post diu intermissum potius quam continuatum cum absolutum nunc ex manibus dimitto, pudore quodam me sentio subfundi. tam enim pleraque uilia uidentur esse ut fors sit an tu quoque, cui nil in studiis paruum est, miraturus sis, cur non degustandum sed ingurgitandum in hanc sentinam censuerim. quod audi quem ad modum euenerit.

pridie kalendas ianuarias eius anni quo Berna relicta Grypiswaldiam migraui, inter codices, quos ut festorum dierum otia fallerem ex bibliotheca oppidana mecum aduexeram, ueterum in Lucanum scholiorum uolumen perlustrare coepi. Petri Danielis ICti Aurelianensis (quem uirum qui thesaurum Bernensem norunt etiam pluris aestimabunt quam qui Seruium Querolumque non ignorant) dum uestigia late sparsa lego, ecce noua multa scriptorum testimonia emergunt rerumque non spernenda uarietas occurrit. decerpere institui quae museo Rhenano digna uiderentur. quod consilium quo magis persequor, eo magis mutandum esse perspicio. non leuiora enim

quam quae primum obtutum detinebant, occulta in membranis pessime habitis omnique uitiorum genere deformatis latere facile apparebat. exhaurire has copias non poterat nisi qui uolumen totum perquisiuisset, perquiri uolumen nisi idem ad unguem castigabatur nequibat. sic igitur fieri oportuit. iamque transcribendis et emendandis scholiis si quid otii duplex munus Bernense remittebat insumpsi, atque post primam aestatem Grypiswaldensem Bernam reuersus codicem a. d. III nonas oct. a. h. s. LXIII explicui feliciter. quod restabat ut codicis alterius Bernensis n. XXXXV scholia excerperentur, E. Pfander in se recepit beneuolentissime, perfecit diligentissime. sed noui deinceps labores accrescunt. inerat in eodem illo uolumine etiam eorum in Lucanum scholiorum, quae ex Vossiano exemplo secundo (*U*) Oudendorpius itemque ex Berolinensi Weber publicauerant, specimen longe et limatius et plenius, 'adnotationes' nomen ei erat. itaque postquam 'commenta' emendanda et edenda suscepi, non magis hoc detrectare munus poteram ut 'adnotationibus' speciem redderem integritati quam proximam. atqui temporis iniuria illae dimidio truncatae in libro Bernensi legebantur. circumspicienda alia erant auxilia. quorum grauissimum inuentum est codex Wallersteinensis, ab eodem cum Bernensi exemplo oriundus eiusque prorsus gemellus. is C. Halmio uiro clarissimo humanissime intercedente ad me defertur. at tanta a Weberi lectione discrepantia, ut non tam notari diuersa liceret quam transscribi integram scholiorum copiam oporteret. neque uero 'adnotationum' editionem nouam paranti Vossianorum librorum deesse auctoritatem par erat. hoc quoque adiumentum per Pluygersii professoris Leidensis liberalitatem egregiam et in Germania quippe eadem et artium liberalium et inliberalium praefectorum nutrice inauditam accessit. atque Vossianum secundum ipse cum Weberi editione contuli, primum eumque paullo uetustiorem Hermannus Mueller, sicut est animo erga me prono, excussit sollerter. postremo codici Gemblacensi, cuius margines

scholiis oppletos Reiffenbergius praedicauerat, opera danda erat, quem ad adnotationes recensendas non leui momento futurum esse accuratius inspicienti patebat: eius ut mihi copia fieret, uir perinlustris quem rex augustissimus noster apud Belgas de suis sociorumque rebus legatum esse iussit, liber baro de Balan ita effecit, ut una opera et comitatem eximiam et officiosum litterarum amorem luculenter probauerit.

sic aucto editionis et instrumento et officio in contrariam delabar dubitationem ei quae ut commenta integra pertractarem pridem me commouerat. plenamne ederem farraginem, utilia et ex antiqua eruditione delibata iuxta cum uilissimis et ineptissimis? an decerperem grauiora, uiliora tenebris redderem? fuit sane cum sic faciendum decreuissem, ut decerperem potius. at fieri poterat ut quae aliis sat grauia et utilia uiderentur, a me abicerentur naucique haberentur. nemo enim homo ultra se ipse sapit. porro uel futilissima quaeque ei qui emendando Lucano operam nauaturus sit tamquam testimonia lectionis codicibus multo antiquiora accurate perpendenda et aestimanda erunt. itaque si noua tantum et erudita scholia elegissem, futurum erat ut ego quae egissem, mox aliis denuo agenda merito uiderentur. id quam maxime fieri potest cauendum mihi uidetur eis praesertim qui libros quales raro legantur edunt. denique paucissimos uidebam etiam nunc scriptores Latinos esse quorum scholia sic ut oportet collecta et tractata essent. quare hoc mihi consilium fuit, ut editis simul commentis et adnotationibus, quem ad modum ex antiquitatis eruditione ad medii aeui inscitiam paullatim litterarum studia deflexa essent, accuratius posset intellegi.

uides mi Ritscheli fatali 'quadam catenatione causarum' me tractum fuisse ardorisque iuuenalis sat graues poenas luisse, dum ex amoenis musarum pratis in deuia ac dumosa saxa abstrudor. sed ut enitendo ardua corpus uigescit, ita menti salubris haec cum librariorum portentis est luctatio. nec sudoris me poenitebit, modo tu prouinciam recte gnauiterque a me

administratam iudicaueris. tu enim mihi obuersabaris quotiens operae in extricandis scholasticorum nugis ponendae me taedium corripiebat: tuum exemplum, ne ante quam temptassem desperatum quicquam relinquerem, uetabat.

domum recte aedificatam expolire et ornamentis instruere quam facile sit, magis quam tu monumento Plautino exstructo aeque atque aere perenni haud scio an nemo expertus sit. magnis parua conpono, si huic quoque opellae inesse multa auguror, quae aliquanto rectius doctiusque agi potuerint. sentio, immo scio. sed tranquillo quali in his rebus opus est animo tum demum progrediaris, cum inpedimenta itineris remota fuerint. haec remota aliis a me sunt, mihi remouenda erant. ego nihil antiquius habui quam ut in tradenda codicis memoria fidem quantam ut quidem homo praestare possem, tantam praestarem. sed hanc laudem si quae est omnem Steigero debeo uiro nobilissimo, bibliothecae Bernensis praefecto humanissimo. qui, postquam chartas meas operis tradidi, pro me ipse sponsor extitit effecitque ut iterata codicis conlatione deponere omnem scrupulum et ut quaeque ex aedibus Teubnerianis plagula prodiisset, maxima minima ad exempli speciem exigere potuerim.

non minus mihi grata fuit Adolphi Kiesslingii mei in iuuando prompta uoluntas, qui singulos libri quaterniones Basiliam missos mea causa perlegebat lubentissime. neque ulla est plagula, quin aut palmari quadam amici sagacissimi emendatione insignis sit aut dubitatione ab illo mota et aure mihi uellicata aliquid a me sit correctum.

haec habui quae nunc praefarer. tu quaeso, quod uotum solui tardiuscule, ueniam mihi habeas et hoc munusculum ne suo pretio quod perexiguum est, sed amore meo censeas. fac ualeas meque ames.

scribebam Bonnae mense decembri anni CIↃIↃCCCLXVIII.

COMMENTA

LVCANI

C	codex Bernensis litt. 370 saec. X
B	codex Lucani Bernensis litt. 45 saec. X cuius scholia ultra l. III 286 non continuantur, postea rarissima comparent neque ea cum *C* cognata
B^1 B^2	ad eundem locum codicis *B* diuersa scholia
inter l. B	adscriptum? in B supra eum uersum ad quem pertinet,
il B	scholion
D	correctiones Petri Danielis codici *C* adhibitae
D^b	scholia *C* qualia a P. Daniele marginibus codicis *B* adscripta sunt
A	scholiorum antiqua sylloge cui 'Adnotationes' nomen est
G	codex Gemblacensis nunc Bruxellensis bibliothecae Burgundicae n. 5330 saec. X
V	codex Leidensis inter Vossianos lat. XIX. q. 51 saec. X
U	codex Leidensis inter Vossianos lat. fol. 63 saec. X

in textu quas ipse addidi siue litteras siue uoces litteris cursiuis exprimi iussi. quae codicis *C* uerbis auctore *B* codice inserui, ea hoc cancellorum genere (—) distinxi. in adnotatione critica his uncis [—] eae litterae discernuntur quas erasarum loco substituerunt codicum siue scriptores siue correctores.

SVETONI VITA LVCANI

* * * * prima ingenii experimenta in Neronis laudibus 2
dedit quinquennali certamine. dein * * * ciuile bellum [quod

'*Commenta*' *integra solus codex Bernensis* 370 = *C seruauit. cui tamen quae a principio usque ad scholion l. I* 396 '*Adnotationum*' *diuersae scholiorum compilationis intermixta sunt et uita poetae et argumentum carminis et scholia, haec a commentis separaui et alteri uolumini, quo* '*adnotationes*' *ad librorum fidem recensitas edam, reposui accuratissime indicatis quaecumque omisi.*

Praecedit f. 1 — *f.* 2^{r} *uita Adnotationibus praefixa:* M̃ anneus ..... accessio. VITA LV · ANI EXPLICIT. *sequitur nullo indice haec uita, quam Suetonio deberi et I. I. Scaliger in Catal. p.* 265 *ed. pr. intellexit et P. Daniel ad B f.* 1^{r} *marginem* '*puto a Suetonio Tranquillo hanc uitam esse descriptam*' *adnotans. cf. Reifferscheidius Sueton. reliq. p.* 50 *sq.* 392 *sq. eius codices ipse excussi CB. accedunt M = Montepessulanus H* 113 *olim Buherii quode et Doruillius ap. Oudendorpium et Dumas ap. Reifferscheidium et Steinhartus in ann. Fleckeiseni a.* 1861 *t.* 83 *p.* 355 *testes sunt* (*omnino cf. iam Steinhartus in symb. Bonn. p.* 289 *sqq.*), *P = Parisinus* 7502 *olim Colbertinus in C. F. Weberi usum conlatus. S = Sixiani postea Wittiani lectionem aliquotiens memoratam Oudendorpio debeo. ceterorum quibus Weberus uit. Luc. I p.* 7 *sqq. utitur itemque Reginensis i. e. Christinae reginae codicis lectionem a Spanhemio enotatam* (*ap. Weberum uit. Luc. III p.* 22) *consulto neglexi. neque minus eam praetermisi quae a Cantero* (*epist. Casauboni p.* 646 *ed. Almelou.*) *et inde a Casaubono propagata cum B plerumque consentit. uolgatam scripturam uno saltem exemplo adnotaturus editionem ueterem eam elegi quae Gryphiswaldiae mihi praesto erat α = Ascensianam a. CIↃIↃVI.*

1 VITA LVCANI POETÆ *B: titulo caret C in quo praemittitur uita* '*adnotationum*' *propria.* Ex dimidiato codice particula ad poetae huius uitam pertinens sumpta α || 2 Prima *CPSα*: M̃ ANNEUS LUCANUS CORDUBENSIS PRIMA *M* MANNEUS lucanus cordubensis: prima *B* LVCANVS iste hispanus genere. cordubensis fuit regione. dignitate uero et eruditione romanus. Qui primo apud imperatorem neronem maximum potuit *et qs. uita in codicis U membrana singulari quae olim tegumento agglutinata erat, a Webero uit. Luc. III p.* 2 *edita, compilata ea ex Suetoniana. adde quae ad p.* 5, 11 *adnotantur* || 3 quinquennalii *M* || dein] de *P* deinde α || *hiatum notaui cl. altera uita A ap. Reiffersch. Suet. p.* 77, 18 *sq.* || quod ... *p.* 4, 1 est *damnauit G. Beckerus in Fleckeiseni ann. phil.* 1863 *t.* 87 *p.* 651 *cf. Genthe ibid.* 1864 *t.* 89 *p.* 541 *sq.*

a Pompeio et Caesare gestum est] recitauit * * * ut praefatione quadam aetatem et initia sua cum Vergilio conparans ausus sit dicere 'et quantum mihi restat ad Culicem'. hic initio adulescentiae cum ob infestum matri animum patrem suum ruri agere longissime cognouisset * * * reuocatus Athenis a Nerone cohortique amicorum additus atque etiam quaestura honoratus non tamen permansit in gratia. si quidem aegre ferens *quod Nero se* recitante subito ac nulla nisi refrigerandi sui causa indicto senatu recessisset, neque uerbis aduersus principem neque factis [extantibus] post haec temperauit: adeo ut quondam in latrinis publicis clariore cum crepitu uentris emissi hemistichium Neronis magna consessorum fuga pronuntiarit

'sub terris tonuisse putes'.

sed et famoso carmine cum ipsum tum potentissimos ami-

---

1 a *Baumgarten-Crusius:* cum *libri* || cum Pompeio a *Grotius* a Caesare (*deleto* cum Pompeio) *Doergens* || cesa regestum *pr C* || *hiatus notam primus Reifferscheidius posuit, retractato loco idem p.* 393 *ante u.* recitauit *poni uoluit adstipulante Steinharto l. s. p.* 356: recitauit. Qui tantae leuitatis et tam (tam *om. cum Cantero Casaubonus*) inmoderatae linguae fuit ut *inde ex ed. Brixiensi a.* 1486 *uolgabatur, sed interpolatione caret α.* Sub tantae leuitatis et inmoderatae linguae fuit *add. mg. codicis Berolinensis* 35 || ut] ut in *a Cantero editiones* || prefactione *α* || 2 &atem *CM* || inicia *B* || Vergilio *α* uerg̃ *M* uirgilio *ceteri* || conparans *CM*ˢ comparans *B(PS)α* || 3 et — Culicem *prosa oratione conscripta esse Luc. Muellerus in Fleckeiseni ann.* 1866 *t.* 93 *p.* 560 *sq. perspexit* || ecquantum *idem coniecit probabiliter l. s.* || 4 in inicio *B* || adulescentiae *M* adolescentiae *ceteri* || infestum matrimonium *libri.* infaustum *ci. Burmannus et Steinhartus l. s. p.* 357 *qui etiam* incestum *proposuit* || 5 ruri *B(P)* riri *CM* om *α.* ruri agere *'non conparent' in S* || longe *B* || *hiatum detexit Ernestius* || 6 addiť *sic, non* addiť *C: sed tacitus soleo Weberi notationes corrigere* || 7 questura *C* || 8 aegére *M*ˢ egre *C* || *suppleuit Reifferscheidius (cf. p.* 393 *sq.) locum uarie olim tractatum.* quod *nil ultra intercidisse Genthius statuit ann. Fleckeiseni t. s. p.* 543 || recitante *CMBP:* recitantes *Sα* recitante se *Canterus et quos certa librorum memoria fugit Steinhartus p.* 357 *et Genthius p.* 543 || 9 caussa *P* || indicta: *α* || senature cessiss& *C de quo in errorem ductus est Reiffersch. p.* 394. senatu cum recessisset *α* senatu Neronem recessisse *Canterus* || 10 exstantibus *M* extantis *S.* exacerbantibus *N. Heinsius* excitantibus *O. Iahnius ci., mutata sede post u.* principem *collocabat Genthius De uit. Luc. p.* 22 *cl. p.* 4 (*dubitantius nuper ann. Fl. t. s. p.* 543 *sq.*). *ego suasore Steinharto inclusi* || post hac *P* || 11 in *om α* || 12 crepitu *BPM*ˢ trepitu *M teste Oudendorpio et Duma* strepitu *C(S)* || emissi *libri* emisso *α: quasi iteratis litteris* EMISTIchium *ortum ciecit Reiffersch. cf. p.* 394, *docte nuper Genthius defendit ann. Fleck. t. s. p.* 544 *sq.* || emistichium *BMP(S)* || consessorum *C(S)* confessorum *α* cum sessorum *BMP* || 13 fuga] facta *α* || pronunciaret *P* pronunciauerit *α* || 15 potentissimum *S.*

corum grauissime proscidit. ad extremum paene signifer Pisonianae coniurationis extitit, multus in gloria tyrannicidarum palam praedicanda ac plenus minarum, usque eo intemperans ut Caesaris caput proximo cuique iactaret. uerum detecta coniuratione nequaquam parem animi constantiam praestitit. facile enim confessus et ad humillimas deuolutus preces matrem quoque innoxiam inter socios nominauit sperans impietatem sibi apud parricidam principem profuturam. impetrato autem mortis arbitrio libero codicillos ad patrem corrigendis quibusdam uersibus suis exarauit, epulatusque largiter brachia ad secandas uenas praebuit medico. Poemata eius etiam praelegi memini, confici ac ueno pro-

---

1 grauidissime *C* (*sed correxit P. Daniel*) *S pr M* || paene *M* poene *BC* pene *Pα* || 2 posonianae *B* || exstitit *M* || multus *α* multis *B* multis *ceteri* || tiranicidarum *C* || 3 praedicanda *α Grotius* praedicenda *BCP corr M* || plenis *B* || imperans (tem *add. Daniel*) *C* || 4 Iactaret *C* lactaret *M*^{s}. caput ** proximo c. iactaretur *Genthius De u. Luc. p.* 26 || 5 parem *om B(S)α* || 6 prestitit *BC* || et ad *B(S)α* ut ad *MP* ad *C* || humillas deuotus *P* || 7 praeces *P* p̃ces *M* || sotios *M*^{s} || sperans iam pietatem *P* || 8 paricidam *P om α* || 9 impetrato *BM* Impetratā *C* imperato *Pα* || mortis *BPα* morte moltis *M* mortem mortis *C* || libero arbitrio *B(S)* || ad fratrem *ci. Osannus De deperditis Senecae scriptis part. III Giss.* 1848 *p.* 15 *cf. Genthius De uita Luc. p.* 78 *Weberus De duplici Pharsaliae exordio Marb.* 1860 *p.* 23 *Steinhartus ann. Fleck. t.* 83 *p.* 366 *sq.* || 10 corrigendos *B(S)α* de corrigendis *Salmasius* || suis *om α* || exaraũ *C* exorauit *M*^{s}*P pr B* exornauit *corr B* || 11 brachia *om pr B. hinc Hieronymus ol. CCX* 4 'M. Annaeus Lucanus Cordubensis poeta in Pisoniana coniuratione deprachensus bracchium ad secandas uenas medico praebuit' *et qui Hieronymum compilauit librarius codicis Gemblacensis f. 1*^{u} Iste anneus lucanus cordubensis po . . . (*scr.* poeta) fuit. qui deꝑhensus in pisoniana coniuratione. brachiũ ad secandas uenas medico p̃buit. & sic uita exiuit. Marcus prẹnomen est. anneus cognomen. lucanus nomen; || prebuit *BC* || poemata . . . *p.* 6, 2 quoque *om α* || 12 etiam eius *B.* '*locus lacunosus esse uidetur*' *Rothio* || prelegi *CB* || confici] conpingi *Guyetus* comi *Oudendorpius* conscribi *Burmannus ci.* || uero ac *libri* ueno ac *Weberus:* ac ueno *scripsi cl. Tac. ann. XIIII* 15 'et posita ueno irritamenta luxui' *et Cic. ad Quintum fr. ep. III* 4, 5 *de librorum exemplis dicente* 'neque enim uenalia sunt quae quidem placeant, et confici nisi per hominem et peritum et diligentem non possunt', *ibid.* 5, 6 'de latinis uero quo me uertam nescio: ita mendose et scribuntur et ueneunt.' *Ceterum cf. Martialis epigr. XIIII* 194 'LVCANVS. Sunt quidam qui me dicant non esse poetam: Sed qui me uendit bibliopola putat' || *post* uero *intercidisse* exempla *coniciebat C. F. Heinrichius. hinc* poemata eius praelegi memini, etiam exempla confici ueno ac proponi non — *Steinh. l. s. p.* 358 *ipse nunc dubius in Symbol. philol. Bonn. t. I p.* 295: *ubi quod* 'mendosas carminis Lucan. editiones his uerbis notari' *autumat, non satis perpendisse uidetur aduerbia p.* 6, 1.

LIBER PRIMVS

2ᵘ ARGVMENTVM LIBRI PRIMI. Primus liber continet causas belli ciuilis aduentumque Caesaris ad Italiam cum exercitu. C. Curionis et aliorum tribunorum plebis qui senatu erant expulsi adhortationem ut bello honores repetat Caesar quos Pompei et Pompeianorum factionibus perdiderat. exhortationem Caesaris ad milites euocatos exercitus qui per Galliae ciuitates hiemabat. profectionem Pompei et consulum et senatus et trepidantis propter aduentum Caesaris populi fugam. prodigia et haruspicis Arruntis inuolutam de imminentibus malis interpretationem et mathematici Figuli e signis ua*tici*na*tion*em bellum ciuile inminere et cum fine eius seruitutem. matronae subitum furorem uaticinantis quibus in locis essent futurae clades bellorum ciuilium euentu.

3 1/BELLA (hos ·VII· uersus primos dicitur Seneca ex suo addidisse, ut quidam uolunt auunculus Lucani, ut qui-

---

post uitam Suetonianam argumentum carminis ex A petitum f. 2ᵘ INCIPIT AR[GVMENTVM] .... Cum tres ..... est eius oblatum; *interponit C* || 1—13 *codices CBM et WC*¹ (*cf. ad u.* 13) || 1 ARGUMENTUM LIBRI · PRIMI *M, B: om CW* || Primus liber continet causas belli *CBM* CAUSA BELLI *WC*¹ *cf. Steinhartus De Lucani schedis Vindobon. Soltqu.* 1860 *p.* 6 || italium *M* || C.] ·G· *C*¹ ·q· *W: om CBM* || 3 qui *C*¹ qui a *CB* quia *W* qui in *M* || 4 adhortatio .... 5 perdiderat *C*¹*W: om CBM* || adhortatio *W* adortatio *C*¹ || 5 cesar *C*¹ || 6 exortationē *M pr B* exhortatione *C:* Exhortatio *W* exortatio *C*¹ || miliciae seuocatos· *B* || exercitus qui *C*¹ exercitumque qui *CMW* Exercitumq· quę *B* || 7 ciuitates galliae *CBM* || hiemabant *C*¹*W*: hibernabat *CBM* || ponpei (—peii *corr.*) *B* pompeii *M* || 8 trebidantis *M* || Populiq' *W* || 9 aruspicis *W:* haruspices *BM* arus pisces *C* || aruntis *W* || inuolutam *W:* inuiolatam *B* inuolatum *CM cf. Lucan. I* 638 || 10 interpraetationem *MW* inť p̃tatione *C* || et *B* a *M:* p. nigidii et *C* p. nigidii ex *W. non admisi glossema* || mathematici (—thici *B*) studio significantem *CBM:* mathimatice studio significantis *W* || 11 imminere *B* || eius] ei *C* || 13 locis future ēēnt. subite clades *W* || euentu *W* euentus *BM.* euentus; | Causa belli ciuilis. PERIOCHA LIB PRIMI h | aduentumque ..... adhortatio | (*fol.* 3ʳ) ut bello .... hiemabant. (*hanc dittographiam u.* 1—7 *C*¹ *dixi*) *C.* || 14 — *p.* 9, 2 *cf. F. Osanni commentt. de L. Senecae scriptis deperd. spec. III Gissae a. h. s. XLVIII Genthius De Lucani uita p.* 77 *sqq. Weberi comm. de duplici Pharsaliae exordio ind. lect. Marburg. aestiu.* 1860 *Steinhartus*

dam uolunt frater, ne uideretur liber ex abrupto inchoare dicendo QVIS FVROR). ideo (autem) Lucanus dicitur a plerisque non esse in numero poetarum, quia omnino historiam sequitur, quod poeticae arti non conuenit.

EMATHIOS a loco. *Emathii* campi Macedoniae ab Ematho rege (qui primus in Emathia *ac*cepit principatum. post hunc usque in Macedonis exort*um* Emathiae nomen perstitit. sed Macedo Deucalionis maternus nepos uertit uocabulum Macedoniamque ex se dixit).

PLVS QVAM CIVILIA CAMPOS a quantitate. ubi LXXXIIII sunt caesa. *PLVS QVAM* CIVILIA a qualitate, ut (pote) inter generum et socerum gesta. ubi et filii cum parentibus et fratres dimicauere cum fratribus. Et est ordo: bella canimus gesta per Emathios campos.

IVSQVE DATVM SCELERI quoniam occiso ciue nemo accusabatur de homicidio. CANIMVS figura *h*ypozeuxis. et

OMISSA ADNOTATIONVM SCHOLIA *u.* 1 *cf. adn. crit.* 5 *cf. adn. crit.*

in Fleckeiseni ann. t. 83 *p.* 365 *sq.* || *edidi p.* 8, 14—9, 2 furor *ea forma quam B bis exhibet, cum in C scholion A inlatum sit* || 1 frater: *'fortasse latet* pater' *Weberus l. s. p.* 11 *cf. p.* 24 *sq.* || abrupto B^2 arrupto B^1 *cf. U apud Weberum uit. Luc. III p.* 2 'Seneca autem qui fuit aunnculus eius. quia ex arrupto inchoabat. hos VII uersus addidit' || 2 ideo . . . 4 conuenit *post p.* 10, 2 uictorem *collocat C. Cf. Petronius c.* 118, *Martialis loco ad p.* 5, 12 *exhibito, Quintilianus i. o. X* 1, 90, *Seruius in Aen. I* 382 'Lucanus namque ideo in numero poetarum esse non meruit, quia uidetur historiam composuisse non poema', *Isidorus or. VIII* 7, 20, *alia uide ap. Genthium l. s. p.* 83 *sq.* || dicitur *ante* 3 quia *B* || 3 non esse *post* poetarum *B* || numero *CB*^{2} numerum B^1 || istoriam B^1 ystoriã B^2 || 4 conuenit *CB*^{1} cõpetit B^2 || 5 Aloco mati·teC|salię campi *C ubi genetiuus ex A inlatus est:* loco i. e. thessalos (ŧessalos B^1) qui sunt campi machedonię ubi et filii cum fratrib. et frs cũ fratribus dimicauerunt *bis B* || ab ematho rege *il B, V:* ab emo rege ubi LXXXIIII sunt cęsa *C cf. ad u.* 10 || 6 qui . . . post] Emathius qui primus in emathia coepit pncipatũ seu quia indago originis eius aeuo disperiit. seu quia ita res terrae habetur. post *B* || 8 nepos uerat uocamus macedoniamque esse dixit *B cf. Isidor. XIIII* 4, 13 *cum schol. A Hom.* Ξ 226 || 10—13 A quantitate. et inter generum . . . . . fratribus. ciuilia. a qualitate. et est . . . . campos *C:* ubi et . . . . dimicauerunt (*uide ad u.* 5). ut pote inter . . . gesta. nam pompeius filiam iulii iuliam habebat *bis B et* ut pote . . . . gesta *il B* || 10 ubi . . . caesa *ex u.* 6 *huc reuocaui: om B.* 'LXXXIIII milia' *conflixisse dici cum aliqua ueri similitudine poterant si Orosii VI* 15 *p.* 420 *Hau. numeri conputabantur, sed cf. Caes. b. c. III* 88 *sq.* || 11 *lemma suppleui* || ut pote *B:* et *C* || 12 *de B cf. ad u.* 5 || 13 et est . . . 14 campos *om B* || 15 ciue *CB:* rege *V* | 16 accusabitur *V* || omicidio B^2 || canimus. canimus. figura *CA* || ipozeusis *corr C:* zeusis *pr C.* zeuma est mediis ima et superiora conplectens *B.*

beeni

LIBER PRIMVS

2ᵘ ARGVMENTVM LIBRI PRIMI. Primus liber continet causas belli ciuilis aduentumque Caesaris ad Italiam cum exercitu. C. Curionis et aliorum tribunorum plebis qui senatu erant expulsi adhortatio*nem* ut bello honores repetat Caesar quos Pompei et Pompeianorum factionibus perdiderat. exhortationem Caesaris ad milites euocatos exercitus qui per Galliae ciuitates hiemabat. profectionem Pompei et consulum et senatus et trepidantis propter aduentum Caesaris populi fugam. prodigia et haruspicis Arruntis inuolutam de imminentibus malis interpretationem et mathematici Figuli e signis ua*tici*nat*ion*em bellum ciuile inminere et cum fine eius seruitutem. matronae subitum furorem uaticinantis quibus in locis essent futurae clades bellorum ciuilium euentu.

3 1/BELLA (hos ·VII· uersus primos dicitur Seneca ex suo addidisse, ut quidam uolunt auunculus Lucani, ut qui-

---

post uitam Suetonianam argumentum carminis ex A petitum f. 2ᵘ INCIPIT AR[GVMENTVM] .... Cum tres ..... est eius oblatum; *interponit C* || 1—13 *codices CBM et WC*¹ (*cf. ad u.* 13) || 1 ARGUMENTUM LIBRI PRIMI ⁖ *M, B: om CW* || Primus liber continet causas belli *CBM* CAUSA BELLI *WC*¹ *cf. Steinhartus De Lucani schedis Vindobon. Soltqu.* 1860 *p.* 6 || italium *M* || C.] ·G· *C*¹ ·q· *W: om CBM* || 3 qui *C*¹ qui a *CB* quia *W* qui in *M* || 4 adhortatio .... 5 perdiderat *C*¹*W: om CBM* || adhortatio *W* adortatio *C*¹ || 5 cesar *C*¹ || 6 exortationē *M pr B* exhortatione *C:* Єxhortatio *W* exortatio *C*¹ || miliciae seuocatos· *B* || exercitus qui *C*¹ exercitumque qui *CMW* Exercitumq· quę *B* || 7 ciuitates galliae *CBM* || hiemabant *C*¹*W:* hibernabat *CBM* || ponpei (—peii *corr.*) *B* pompeii *M* || 8 trebidantis *M* || Populiq' *W* || 9 aruspicis *W:* haruspices *BM* arus pisces *C* || aruntis *W* || inuolutam *W:* inuiolatam *B* inuolatum *CM cf. Lucan. I* 638 || 10 interpraetationem *MW* inr̄ p̄tatione *C* || et *B* a *M:* p. nigidii et *C* p. nigidii ex *W. non admisi glossema* || mathematici (—thici *B*) studio significantem *CBM:* mathimatice studio significantis *W* || 11 imminere *B* || eius] ei *C* || 13 locis future ēēnt. subite clades *W* || euentu *W* euentus *BM.* euentus; | Causa belli ciuilis. PERIOCHA LIB̄ PRIMI h | aduentumque ..... adhortatio | (*fol.* 3ʳ) ut bello .... hiemabant. (*hanc dittographiam u.* 1—7 *C*¹ *dixi*) *C.* || 14 — *p.* 9, 2 *cf. F. Osanni commentt. de L. Senecae scriptis deperd. spec. III Gissae a. h. s. XLVIII Genthius De Lucani uita p.* 77 *sqq. Weberi comm. de duplici Pharsaliae exordio ind. lectt. Marburg. aestiu.* 1860 *Steinhartus*

dam uolunt frater, ne uideretur liber ex abrupto inchoare dicendo QVIS FVROR). ideo (autem) Lucanus dicitur a plerisque non esse in numero poetarum, quia omnino historiam sequitur, quod poeticae arti non conuenit.

EMATHIOS a loco. *Emathi*i campi Macedoniae ab Ematho rege (qui primus in Emathia *ac*cepit principatum. post hunc usque in Macedonis exortu*m* Emathiae nomen perstitit. sed Macedo Deucalionis maternus nepos uertit uocabulum Macedoniamque ex se dixit).

PLVS QVAM CIVILIA CAMPOS a quantitate. ubi ·LXXXIIII· sunt caesa. ⟦*PLVS QVAM* CIVILIA a qualitate, ut (pote) inter generum et socerum gesta. ubi et filii cum parentibus et fratres dimicauere cum fratribus. Et est ordo: bella canimus gesta per Emathios campos.

2/IVSQVE DATVM SCELERI quoniam occiso ciue nemo accusabatur de homicidio. CANIMVS figura *h*ypozeuxis. et

OMISSA ADNOTATIONVM SCHOLIA *u.* 1 *cf. adn. crit.* 5 *cf. adn. crit.*

in Fleckeiseni ann. t. 83 *p.* 365 *sq.* || *edidi p.* 8, 14—9, 2 furor *ea forma quam B bis exhibet, cum in C scholion A inlatum sit* || 1 frater: '*fortasse latet* pater' *Weberus l. s. p.* 11 *cf. p.* 24 *sq.* || abrupto B^2 arrupto B^1 *cf. U apud Weberum uit. Luc. III p.* 2 'Seneca autem qui fuit auunculus eius. quia ex arrupto inchoabat. hos VII uersus addidit' || 2 ideo . . . 4 conuenit *post p.* 10, 2 uictorem *collocat C. Cf. Petronius c.* 118, *Martialis loco ad p.* 5, 12 *exhibito, Quintilianus i. o.* X 1, 90, *Seruius in Aen. I* 382 'Lucanus namque ideo in numero poetarum esse non meruit, quia uidetur historiam composuisse non poema', *Isidorus or. VIII* 7, 20, *alia uide ap. Genthium l. s. p.* 83 *sq.* || dicitur *ante* 3 quia *B* || 3 non esse *post* poetarum *B* || numero CB^2 numerum B^1 || istoriam B^1 ystoriã B^2 || 4 conuenit CB^1 cõpetit B^2 || 5 Aloco mati·teC|salię campi *C ubi genetiuus ex A inlatus est:* loco i. e. thessalos (ŧessalos B^1) qui sunt campi machedonię ubi et filii cum fratrib. et frs cũ fratribus dimicauerunt *bis B* || ab ematho rege *il B, V:* ab emo rege ubi LXXXIIII sunt cęsa *C cf. ad u.* 10 || 6 qui . . . post] Emathius qui primus in emathia coepit pncipatũ seu quia indago originis eius aeuo disperiit. seu quia ita res terrae habetur. post *B* || 8 nepos uerat uocamus macedoniamque esse dixit *B cf. Isidor. XIIII* 4, 13 *cum schol. A Hom.* Ξ 226 || 10—13 A quantitate. et inter generum . . . . . fratribus. ciuilia. a qualitate. et est . . . . campos *C:* ubi et . . . . dimicauerunt (*uide ad u.* 5). ut pote inter . . . gesta. nam pompeius filiam iulii iuliam habebat *bis B et* ut pote . . . . gesta *il B* || 10 ubi . . . caesa *ex u.* 6 *huc reuocaui: om B.* 'LXXXIIII milia' *conflixisse dici cum aliqua ueri similitudine poterant si Orosii VI* 15 *p.* 420 *Hau. numeri computabantur, sed cf. Caes. b. c. III* 88 *sq.* || 11 *lemma suppleui* || ut pote *B:* et *C* || 12 *de B cf. ad u.* 5 || 13 et est . . . 14 campos *om B* || 15 ciue *CB:* rege *V* || 16 accusabitur *V* || omicidio B^2 || canimus. canimus. figura *CA* || ipozeusis *corr C:* zeusis *pr C.* zeuma est mediis ima et superiora conplectens *B.*

in superioribus enim et infra 'canimus' subauditur. POPVLVMQVE POTENTEM ad personam. POTENTEM uictorem.

3 IN SVA .... DEXTRA subauditur 'canimus'.

4 COGNATASQVE ACIES 'canimus' subauditur. COGNATAS sicut supra 'plus quam ciuilia'. ET RVPTO FOEDERE REGNI aspere dixit REGNI, cum 'imperii' dicere debuisset. an quoniam duces ·III· G. Iulius Caesar M. Crassus Gn. Pompeius foedere coniurauerant ut totum orbem diuisum regerent. orbem enim terrarum hac fuerant ratione partiti, ut Caesar duas Gallias cum Illyrico teneret decem legionibus suis adiuncta Gallia comata, Crassus orientem haberet una cum Parthis, Pompeius Italiam cum Hispania et Africa, ita ut et Siciliam et Sardiniam | teneret. ergo RVPTO FOEDERE dixit siue Crassi interitu siue morte Iuliae filiae Caesaris. Quoniam etiam miles Romanus iurabat nihil se contra patriam imperatoremque facturum.

6 INCOMMVNE NEFAS ordo est: certatum in commune nefas. INFESTISQVE OBVIA SIGNIS SIGNA PARES AQVILAS ET PILA MINANTIA PILIS Enni uersus

'pila retunduntur uenientibus obuia pilis'.

OMISSA A SCHOLIA 5 regni occiso .... caesaris. Aspere 19 pilis; pila m. p. canimus. Enni

---

1 POP. ... personam *om B* || 2 uictorem; Ideo .... conuenit (*p.* 9, 2) *C* ·i· uictorem. qui prius potens extitit in bello et uictoria (*scr.* uictor) contra sibi rebelles gentes *inter lin. B* || 3—4 subaud. *om B* || 6 regni *om B* || cum *B* dum *C* || debuisset dicere imperii *B* || an ... 9 enim *C:* in triumuiratus diuisum erat imperium romanorum inter iulium caesarem et crassum et pompeium. qui orbem *B cf. ad l.* 14 || 7 G. cum cesar *C deleto* cum || 8 coniurauerunt *C* || regerent. orbem] regerent Caesar galliam cum illirico Pompeius italiam cum hispania Crasus parthiam cum tota parte orientis tenere. Orbem *C* || 9 fuerant hac ratione *B*¹ hac ratione fuerant *B*² || partiri *pr B*² || cesar *B*² *sed huius modi in* ae ę e *discrepantias iam non adnotabo* || 10 illirico *altera* i *ex* a *uel* o *corr C* illiriço *B*² illirio *B*¹ || 11 orientes *B* || 12 italiam ... africa *B nisi quod* ispania *B*¹*:* hispanias cum africa *C* || ut & sardiniam & sardiniã ·· neret (*euanidis II litteris*) *C* ut siciliam et sardiniam teneret *B* || 14 dixit quoniam iurauer inter se orbem terrarum recturos. foedere rupto siue crassi *B cf. l.* 8 || 15 quoniam ... 16 facturos *ad u.* 6 'in commune nefas' *pertinet* || miles iurabat romanus *B*² || romanos *C* || nil *B* || 17 INCŌME·NEFAS· *C* || hordo *B* || incōmunefas *C* Inco//////////nefas ·i· romanos contra romanos *B* || 18 Infestiq; *C: corr D* || *cf. de scholiis Horat. comm. Bernae* 1863 *p. XXXI* || 19 enni *C* || *p.* 10, 1 furor////////o ciues; *C.*

8 QVIS FVROR O CIVES. QVAE TANTA LICENTIA FERRI hoc Lucanus principium fecerat, sed Seneca praeposuit superiores uersus.

9 GENTIBVS Parthis et Afris, quoniam *e*ae auxilio uenerant gentes.

10 CVMQVE SVPERBA FORET BABILON occiso Crasso. BABYLON aut Parthia uel regio Persarum (*aut* metropolis Parthorum). SPOLIANDA TROPEIS 'trop*a*eis' pro signis posuit quae Crasso Part*h*i sustulerunt.

11 VMBRAQVE ERRARET CRASSVS INVLTA propter 'centum errant annos'. [et] Duae sunt praecipuae Romanae uirtutes, militaris uirtus et pietas. quae nunc utraque demonstrat*ur*. nam cum dicit spoliandam Babyloniam, ad uirtutem pertinet militarem. cum uero errare dicit umbram Crassi, qui debuerat sepeliri, admonet pietatis.

12 BELLA GERI PLACVIT NVLLOS HABITVRA TRIVMPHOS ex ciuibus parta uictoria triumphos habere non potuit. Bellum aut gloria*e causa* fit aut necessitate. hic utrumque posuit. nam necessitatis erat ut in Parthis Crassi mors uindicaretur, gloria*e* autem u*t* triumphus post proelia sequeretur.

15 VNDE VENIT TITAN orientem significat. ET NOX VBI SIDERA CONDIT occidentem.

16 QVAQVE DIES MEDIVS meridianam plagam demonstrat.

18 ASTRINGIT SCYTICO Virgilius: 4

OMISSA A SCHOLIA 1 ciues; hinc .... est. Quae tanta 5 gentes; Inuisis. Inimicis; latium praebere cruorem; Cumque 7 persarum babilon ciuitas parthie. Spolianda 8 tropeis; tropeis Ausoniis spolianda; tropeis pro 17 potuit; triumphus .... refertur; Bellum 23 demonstrat. (*cf. adn. cr.*) Et qua bruma .... temperari. Astringit

---

1—3 *C:* et hoc principium libri Lucanus fecit. superiores uersiculi ab eius patruo seneca feruntur additi *inter l. B* || 4—5 *om B* || 4 quoniam eae] at qñ *C* || uenerari *C* || 7 aũ *C* || metropolis parthorum *inter l. B* || 8—9 *om B* || 10 AVSONIIS VBRAQ'ERARETCR·S SVSV·TA *rubro litteris euanidis C* || centum: *Verg. Aen. VI* 329 || 11 errant *om B* || et *C: om B. cf. ad V* 309 || 12 uirtus *om B* || quas nunc utrasque *B* || 13 demonstrat *CB* || spoliendã babiloniã B^1 || 14 dicit *C* ait *B* || 15 qui B^1 qđ *C* quia B^2 || admonet uirtutem pietatis *B* || 17 parta *C:* enim pacta *B* || bellum . . . *p.* 12, 2 Parthorum *om B* || 20 plia *C* || 21 VNDEUEÑTJ///TAN *C* || 23 demonstrat. Flagrantib ; ; &c&. *C interpositum igitur scholion inter ipsa uersiculi uerba* || 24 *Verg. ge. III* 362. *sed mirum ni u.* 360. 361 *interciderint.*

'puppibus illa prius patulis *nunc* hos*pita* p*laustris*'.

19 SVBIVGA IAM SERES dux Parthorum. IAM BARBARVS ISSET ARAXES μετωνυμικῶς pro incolis. est autem Araxes Armeniae fluuius.

20 NASCENTI CONSCIA NILO subauditur: sub iuga isset. ὑπερβολικῶς, quoniam ortus Nili ignoratur, dicit etiam has gentes quae extra diuisionem h*abit*ant orbis terrarum subici potuisse. ⁋ Nilus Alexandriae fluuius. Et bene dubitauit an sit gens Nilo conscia, an capi possit non dubitauit. Herodotum hic uidetur sequi: dicit enim regem Sesostrim cupidum inueniendi capitis Nili piscibus crudis pueros educauisse, quos alueis quibusdam inpositos contra aduersum amnem ire iussit. qui cum tantum issent quantum loci natura permitteret, reuersi aliquando tantum strepitum fluminis esse dixerunt ut surdi fierent.

21 TVNC SI TANTVS AMOR uoluntarium crimen est si amore pugnatur.

22 TOTVM SVB LATIAS id est Italicas.

24 AT NVNC adhuc, inquid, Italia ruinas patitur bellorum priorum ita ut habitatoribus egeat atque cultoribus.

26 NVLLOQVE DOMVS CVSTODE TENENTVR ubi deest quod pereat, uacat custodia. et haec omnia bellis sunt ciuilibus imputanda.

4ᵘ 30 NON TV PYRRHE FEROX | Pyrrus Epirotarum rex de quo Curius Dentatus triumphauit. hic aduersus Romanos bellum gessit pro Tarentinis.

OMISSA *A* SCHOLIA 4 fluuius; Et gens si qua ..... oriatur. Nascenti 20 cultoribus ·ç Semirutis pendent ..... sed bellum ciuile. çNulloque domus 24 ferox; Pyrrum et ..... pace agebatur; Pyrrus

---

1 patulis ñ·p (*i. e.* ō)·p·*C* || 3—4 *C:* fluuius germaniae pro incolis positus *inter l. B* || Metonomicos *C* || germanię *CB* || 5 sub · fubiu gauiff& *C om B. cf. A* || 6 yperbolicos *CB* || qñ *C:* ait quia *B* || nili *C* eius *B* || dicit . . . 8 fluuius *om B* || 7 habitant] hanc *C* || 9 an uero capi *B* || *de Herodoto* (*uide II* 28 *sqq.*) *merae nugae* || 10 hic *C* autem hic *B fort.* ĥ *i. e.* autem || sesostrū *CB* || 11 educauit *C* educasse *B* || 13 tāntū *B* || issent *B* irent *C* || natura loci permisisset *B* || 14 fluminū *B* || 16—18 *om B* || 19 inquid *C ut persaepe* inq^{1} *B* || Italia *CB*^{1} roma *B*^{2} || 20 p^{1}iorum bellorum *B* || ut cultoribus et habitatoribus egeat. *B* || abitatorib; *corr. ex* abstatorib; *C* || 21—23 *om B* || 24 Rex epirotarum (*om.* Pyrrus) *B* || de quo curius triumphauit *inter l. B* || 25 donat trium phauithic *C* || hic] hic pyrrus *B.*

31 POENVS ERIT Annibal Amilcaris filius Poenorum imperator: qui deleta Sagunto et ruptis Alpibus igni et aceto usus ingenio in Italiam uenit, Scipionem et Tiberium Sempronium consules fugauit, post Gaium Flaminium consulem ad Transimenum lacum trucidauit, mox Cannensi proelio Aemilium Paulum occidit, Varronem Terentium fugauit omnibus copiis interemptis. sic Italiam populatus est flammis et ferro, donec simili clade et Scipio Afros affligeret eumque ad Carthaginem remeare conpelleret. ubi uictus a Scipione fugit in Syriam, inde Bithyniam petiit. ubi cum se dedi Romanis cognosceret nec fugere potuisset, uenenum hausit ex anulo.

32 CONTIGIT exterarum gentium ferro non contigit tantas clades bello (Romanis) inferre, quoniam Romani saepius uicti, numquam (tamen penitus) superati sunt. ALTA SEDENT CIVILIS VVLNERA DEXTRAE 'uulnera' dixit cicatrices uulnerum.

33 QVOD SI NON ALIAM VENTVRO FATA NERONI nisi per haec uulnera tanta scelera huius mercedis causa pertulimus, quod imperat Nero. ergo omnis hic locus gratiam captat Caesaris et fauorem.

34 INVENERE VIAM MAGNOQVE AETERNA PARANTVR 'magno' absolute, hoc est magno pretio. est autem aduerbium quantitatis. Virgilius 'et magno mercentur Atridae.'

38 HAC MERCEDE PLACENT hac compensatione. ideo

OMISSA A SCHOLIA 24 amore. Aeterna parantur; (*cf. ad u.* 22) ut Vergilius .... (*sch. u.* 38) ut Nero ueniet. hanc compensationem

---

1 *sqq. omisso lemmate cum p.* 12, 26 *iungit B* || pęnorum *C* penorum *B* || 2 qui *om B* || deleta *CB cf. interprr. Liu. XXI* 19, 1 *C. I. L. I p.* 277 || 3 in *om B* || sīproniūq; *B* || 5 transi menū *C* trasimenum *B* || catinensi *C* carthaginensi *B* || p̃lio *CB* || 6 emilium *C* ęmilio *B* || paueam *CB* || terrentium *CB* || 7 omnibus ... sic *om B* || ferro et flāmis *B* || 9 cartaginem *CB* || cōpeller& *B* || 10 fuit (g *suprascr.*) insiriam *C* || bythiniā *C* bithiniā *B* || 11 se obsideri a romanis *B* || agnosceret *C* || fugare *C* || poss& *B* || 12 ausit *pr C* || 12—13 *C:* exanuł. Ita contigit exterarum gentum (*sic*) ferro tantas *B* || 13 non] ita *C(B)* || 16 uulnera .... 21 fauorem *om B* || 20 aptat *C* || 22 uiā. magnoque; Magno ..... 24 mercentur amore; Aeterna parantur; *C* || 22—24 *C:* s. pretio uel labore siue sanguine. et est absolutum aduerbium quantitatis *inter l. B* || 23 ˜tio *C* || 24 *Verg. Aen. II* 104 || Atridae] amore *C* || 25 Hacmærce (e *corr. ex* a) deplacent; deplatone ut nero ueniet (*cf. A*). hac compensationē *C* Id est ut nero ueniat hac c̄pensatione *B*.

quod gratularetur Italia Neronis imperium consecuta. uel quod ante bella ciuilia dictatores erant, postea uero imperatores esse coeperunt et Caesares ab ipso Caesare nuncupati: quasi haec sint bellorum ciuilium beneficia.

DIROS PHARSALIA CAMPOS | ubi Caesar Pompeium uicit, uel potius quoniam ibi primo nouissimoque pugnatum est.

39 ET POENI SATVRENTVR SANGVINE MANES significat bellum ciuile quod gestum est in Africa aduersum Iubam et Scipionem socerum Pompei et Petreium [siue Curionis].

40 VLTIMA FVNESTA CONCVRRANT PROELIA MVNDA Munda ciuitas Hispaniae, ubi Gnaeus Pompeius Gnaei filius a Caesare superatus est post mortem patris. et ideo 'ultima'. an quoniam iuxta Oceanum sita est.

41 HIS CAESAR PERVSINA FAMES MVTINAEQVE LABORES his fatis, Nero. Perusium ciuitas Italiae ubi Lucius Antonius frater Marci Antonii triumuiri oppressus est ab Augusto et terribilem famem passus se dedidit. Mutina ciuitas Galliae ubi Marcus Antonius Decimum Brutum prouincia a Caesare data et per senatum confirmata obsessum expellere nitebatur, sed Augustus Antonio uicto per Agrippam Brutum liberauit.

43 LEVCAS ET ARDENTI SERVILIA BELLA SVBAETHNA apud Leucadiam Marcum Antonium Caesar nauali proelio superauit. Et nota Lucanum feminino genere posuisse, Virgilium masculino 'totumque instructo marte uideres feruere Leucaten'. *BELLA* quae Augustus gessit in Sicilia aduersus

---

OMISSA A SCHOLIA 7 manes; Casus hic .... idē annibalis; significat 15 fatis neronis; isteroproteron .... ad deditionem; Perusium 22 subaethna; Mons in epiro ..... piraticam exercuit; Apud

---

1 qđ *C* quia *B* || 2 uero *om B* || 3 ////ée (*eraso* quia) *B* || cęperĕ. *B* coeperint *C* || nuncupaturi *C* || 4 qua·si B || bellorum *om B* || 5 ubi *C* quia ibi *B* || 7 poenis *C* || bellum significat *B* || 8 est *B: om C* || aduersus *B* || 9 socium pompeii *B* || uel patroniū *B* || curionē. *B fort.* Curionis cladem || 10 funesto *corr C* || 11 gneus *B* GN̄ *C* || 12 *sq.* uel quia iuxta *B* || 15 . . Nero *om B* || neronis *C* || ciuitatis *B* || 16 marcicuris antonii *B* || 17 se dedit *B* || 18 a *om B* || 22 Leu///////cas *C* || 23 leucatē *B* || p̄lio *CB* || 24 geñer. Virg̃ masculinū posuisse *B. Verg. Aen. VIII* 676 || 25 totum (*om* que) *B* || uidisse *B* || 26 Quae *C* o qbella *B* || gessit augustus *B* || adūs' gneū *B*.

Sextum | Pompeium Gnaci Pompei filium et secundum ciuile 5ᵘ
bellum confirmauit. *SERVILIA* ergastulis solutis.

45 STATIONE PERACTA id est uita.

47 EXCIPIAT GAVDENTE POLO SEV SCEPTRA TENERE zeugma. et est ordo: seu iuuat sceptra tenere seu iuuat 5
flammigeros Phoebi conscendere currus seu iuuat tellurem uago igne lustrare nihil mutato sole timentem.

49 TELLVREMQ· NIHIL MVTATO SOLE TIMENTEM propter Ph*a*et*h*ontis incendium.

50 IGNE VAGO LVSTRARE legitur et 'igniuago' una parte 10
orationis.

51 NATVRA physice pro Ioue.

52 QVIS DEVS ESSE VELIS (adulatur Lucanus Neroni diuinos ei promittens honores sicut et) Virgilius (Augusto) 'an deus inmensi uenias maris'. 15

53 SED NEQVE IN ARCTOO SEDEM TIBI LEGERIS ORBE figura: quoniam unum pedem grandem habuit (Nero) uel quoniam obesus fuit.

54 QVA VERGITVR AVSTRI inclinatur. unde et calida prouincia. 20

55 OBLIQVO SIDERE ROMAM quoniam strabus Nero fuit.

57 SENTIET AXIS ONVS iocatus est. dicitur enim Nero obeso fuisse corpore.

OMISSA A SCHOLIA 3 statione ·ι· uita peracta; Inutilitate ..... in terris; EXCIPIAT 9 Incendium. propter ... male rexit ·ç Igne uago

---

1 GNI *ex* GN *corr C* || pompeii *B* || filium. ergastulis solutis. et ... confirmauit *C transposui, lemma inserui:* et ... solutis *om B* || 3 Quod tibi res acta eſtecum ſtatione ·ι· uita ////////////// peracta; Inutilitate (*et q. s. ex A*) *C* || 4—7 *om B* || 5 zeuma *C constanter quod semel moneo* || 8 ni///hil *C* || 8—9 *C:* fabulam tangit de phetonte qui currus phebi patris sui debēs regere excessit metam et exuſta eſt terra *B* || 9 fetontis *C* || 10—11 *C: om B* || 12 *C:* hic phisice naturam pro Ioue posuit. *B* || fisice *pr.* Pisice *corr C* || 13—15 uelis. An deus .... maris; uirgł *sic C* Adulatur luc. neroni sicut et uirgilius augusto diuinos ei promittens honores *B* || 14 *Verg. ge. I* 29 || 17 figura; *C* figurate loquitur *B* || habuit·ł qm̃ *C* habuit·nunc quia nero *B* || 19—20 *om B* || 20 prouintia *C* || 21 sidero *pr C* || qm̃ *CB*¹: alludit ad uitium corporis eius qm̃ *B*² || strabus *C* strabo *B* || nero *om B*² || fuit *CB*²: Roma uero in orientali parte sita est, quare obliquo sidere aspici poterat *B*¹ || 22 sentiat *pr C* || onus] on' librati Pondera caeli; *C* || iocatus est *om B* || 23 corpore fuisse *B*.

58 ORBE TENE MEDIO ut de proximo urbi et ciuibus auxilium feras. adlusit ad herniam eius.

59 NVLLAEQVE OBSTENT A CAESARE NVBES ut placidus sis. sed adlusit ad caluitiem. an occulte dicit: numquam pluet si tu ibi sis.

60 TVM GENVS HVMANVM POSITIS SIBI CONSVLAT ARMIS ubi eris, pax erit per totum orbem. Virgilius:

'aspera tunc positis mitescent s*a*ecula bellis'.

62 FERREA BELLIGERI COMPESCAT LIMINA IANI 'dirae ferro et compagibus artis claudentur belli portae' et 'nec custos absistit limine Ianus' Virgilius.

6 64 CIRRHEA Delphica. | *DEVM* Apollinem. et est ordo: nec uelim sollicitare deum mouentem Cirrh*a*ea secreta.

65 AVERTERE ad me conuertere, ut ipse 'uictor cedentibus instat deuertitque acies'.

67 FERT ANIMVS narratio. EXPROMERE aperire.

68 INMENSVMQVE APERITVR OPVS attentum facit, ut (Virgilius) 'maior rerum mihi nascitur ordo, maius opus'.

69 QVID PACEM 'quid' quae res.

72 SIC CVM COMPAGE SOLVTA secundum opinionem quorundam philosophorum et maxime Epicureorum, qui interiturum mundum ex suis opinionibus colligunt.

75 *MIXTIS* SIDERA SIDERIBVS CONCVRRENT IGNEA PONTVM cum omnia sidera pontum petant et de ponto oriantur,

---

OMISSA *A* SCHOLIA 8 bellis: cum recipi ... deest se; ςFerrea 11 ianus; uirgł; ςSed mihi .... sentio [*u.* 64] Accipio chyrrhea ... secreta cirrhea; Cirrhea 13 secreta; ςBachumq; ... tigres; Auertere 18 opus ·ςImpulerit ... exponere; ςQuid 19 res; ςExcusserit· ..... excusserit; ςNec se roma ferens sic cum

---

1 epulisti esti *C* || 2 nefas nec *C* facinus ne *B* || hoc . . . 14 *C*: *om B* || 3 eclypsin *C* || Micenis *ex* Mitnis *corr C* || 4 Catuli *coni. F. Buecheler 'communis historiae' scriptorem intellegens cf. Rieseus mus. Rhen. XVIII p.* 448 *sq.*, Coruili *H. Hagenus cl. Luctat. ad Stat. Theb. IIII* 482 *et mythol. in Mai class. auct. t. III p.* 99 graeculi *ci. R. Vnger Sinidis p.* 205 || quis cribitur permimologiārum *C unde quod proxime uidebatur abesse scripsi, non quod uerum esse confiderem. nam Catullus mimographus non diutius quam eius mimi in scaenam produci solebant uidetur cognitus fuisse, lectitati nullum est uestigium.* quem scribitur per mimologiam fuisse clarum *ci. Vhligius l. s.* qui inscribitur *περὶ μυθολογιῶν olim conieci cf. adn. cr. ad X* 180. qui inscribitur Parmenisci eclogarium *ci. R. Vnger* || 5 cibibus *C* || cursos *C* || 7 c&era euagae *C* || 8 Exob *C* || inlocum *C* || 9 freregnum *C* || minores *Latinos, Senecam Thyest.* 776 *sqq., fortasse L. Varium quoque et quoscumque post Varium diraе fabulae tractandae inuasit cupido (quorum sane aetas Catullum mimographum non excludit). nam e Graecis Euripides uno certe loco ap. Achillem p.* 122 *E Petau. Catulli sententiam professus est cf. Strab. I p.* 23. *schol. Eur. Or.* 989. *'Catullo' usi uidentur Seruius in Aen. I* 568 *et Hygini interpolator fab. CCLVIII* || 11 ut] x *C* || *Verg. ge. I* 471 || 13 cidopum offeruere *C* || 14 in undantem runtis *C* || 16 fudo *pr C* || 17 scilicet *om B* || sanguineum . . . . 23 *C. om B* || 18 ideo *non addito enuntiato secundario sed epexegesi ut A et C ad VIIII* 960 || 19 reseruabit necem ablatus; *C* || 23 extinctis *C*.

550 ET OSTENDENS CONFECTAS FLAMMA · L · feriae Latinae XXX diebus fiunt. die qua explicantur sic dicitur 'confectae feriae Latinae'. eo die sacra celebrantur.

553 VETEREMQVE · IVGIS NVTANTIBVS A · D · N · quasi quae niuem umquam discusserint.

554 TETIS MAIORIBVS VNDIS Oceanus latius aestuauit. Calpe mons Hispaniae, quae Hesperia dicta est ab Hespero signo cui subiecta est. (Atlas uero mons Mauritaniae. inter quos mediterraneum mare ab oceano procedit. Sed tunc pro signo oceanus erupit, ut illos montes altissimos suis undis impleret).

552 THEBANOS IMITATA ROGOS quoniam cum Eteocles et Polinices (fratres qui se mutuis uulneribus conciderant) in unum rogum inponerentur, utrorumque corpora quasi odium contestantia exiluisse dicuntur et rogi flamma in duas partes diuisa est.

556 INDIGETES FLEVISSE DEOS uel Aenean uel Romulum. *ut Virgilius* 'indigetem Aenean scis ipsa'. Quidam omnes hoc nomine appellari uolunt deos quod nullius indigeant, uel quod nos eorum opera indigeamus. alii dictos aiunt quorum nominibus indigeamus, ut sunt dii penates. nam quid quisque eorum uocetur ignoramus.

558 DIRAS DIEM F · V · eo quod deorum iras portendant.

561 TVNC PECVDVM FACILES | HVMANA AD MVRMVRA L. 17ᵘ ut quod natura non fecerat, miseratio repperiret. (ut) Virgilius 'pecudesque locutae infandum'.

563 MATREMQ · SVVS CONTERRVIT INFANS serpens.

564 DIRAQVE PER POPVLVM CVMANAE CARMINA V · quo-

---

2 xxx: *non dierum sed urbium foederatarum numerus. eodem modo decurtatum scholion V ad V* 402 || quae *B* || 3 confaete *C* Sum̃um altis confectae *B* || eo . . . celebrantur *om B* || 4 quasi quae numquam *C* quae nunquam *B* || 5 discussa sit (cu *add. corr.*) *B* || 6 aest[ua]uit *ras. C* haestuauit *B* || 7 Cape *pr C* || quae . . . 8 est *om B* || 8 cuis subi iecta *pr C* || Alhlas *in ras. B* || 12 Cum enim *B* || 13 conciderunt *B* || 15 exiluerunt. et *B* || 16 est] *atramento insperso deletum C.* est ostendens discordes eos fuisse in uita *B* || 17—22 *C*: Indigetes dii ex hominibus facti. ut romulus et aeneas *B unde fort.* 'ex hominibus factos' *u.* 17 *recipiendum erat. cf. Seru. in ge. I* 498 *et Aen. l. s.* || 18 *Verg. Aen. XII* 794 || indig& aenę ne an *C* || 19 eoquod *ex* eos*uod *corr C* || 20—22 *cf. schol. Bern. ad ge. I* 498 *p.* 883 *Hag.* || 24—26 repperiret *C: om B* || 25 *Verg. ge. I* 478. *sed in C pro Virgilianis quae B testatur uerbis uersus Lucani* 'tunc . . . linguae' *iteratur* || 27 suis *C* || *an* biceps *cf.* cum duobus capitibus *il B* || 28 Cummanę carnima *C.*

niam exitiosum est uersus Sibillinos publice dicere, aut certe quoniam nuncentesimum annum exitio Romanis cecinerat * * propter quod Virgilius ex Iouis persona dixit

'his ego nec metas rerum nec tempora pono'.

567 VLVLARVNT TRISTIA·G· per matrem magnam.

568 PLENAE IEMVERVNT OSSIBVS V· ut mortuorum tormenta uiuentium poena superaret.

570 VENIENTES CONMINVS VMBRÆ uelut obuiant uiuis.

574 STRIDENTISQVE COMAS per *h*idros sibilantes. AGAVGEN Cadmi filia mater Pent*h*ei.

577 VISO IAM DITE MEGÆRAM Ditem pro inferis posuit: ut Meg*a*er*a*e uultus uincerent Tartara. quae uxor Herculis fuit.

580 E MEDIO VISI CONSVRGERE C· ordo: uisi manes cecinere tristia. et est necromantia.

582 TOLLENSQVE CAPVD GELIDAS ANIENIS *AD* VNDAS ubi sepultus sit Marius, ipse dicit. ⁊ Anio fluuius ueniens a Sabinis, ubi Marius maior sepultus est.

585 ACCIRI VATES pro aruspicibus 'uates' dixit eo quod et ipsi futura aperirent. *TVSCOS* a quibus aruspicina inuenta est. * * * e terra genitus esse dicitur qui primus aru-

---

1 aut . . . 4 *C:* sibillinae quae sibilla uates fuit decimis (ciuitate *sscr*) et de talibus malis praedixit *il B* || 2 NUNCENTESIMUM *C cf. Festus p.* 254, 19. *similiter anno u. DCCX Volcatius aruspex 'exitum noni saeculi et ingressum decimi' diutnasse traditur a Seruio in ecl.* 9, 47 *cf. Mommsenus chron. Rom. p.* 190 || exituromanicecinerat · pp̃t *C. hiatum notaui, quo non solum* foro *haustum est. an* propter quod *dictum putas quasi 'quod quoniam non euenit'? an auctorem scholii attulisse Verg. ecl.* 4, 4 'ultima Cumaei uenit iam carminis aetas', *aliud errore substitutum? immo commentator uaticinium illud adnotauerat euentu caruisse. hinc pergebat* 'propter quod' || *Verg. Aen. I* 278 || 5 ululare tristicia. c· *C* || *uaria B de Gallis et Cybele, unum exscribo* dicta autem cibele uel cubele a potu cibisten toncephalon (ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλήν) ·i· a rotatione capitis quam in sacrificiis ipsius sacerdotes faciebant || 7 uenientium poenae *B* || superare · C superarent *B* || 8 quasi *B* || obuiam *CB* || bibis *C* uiuis in praelium *B* || 9 . . . sibil. *om B* || 10 filiamaṫ mente pentei *C* ·i· mater penthei quod ob contemptum furuit *B et alia inepta* || 11—13 *om B sana* (*u. c.* megera nomen furiae) *ineptis miscens* || 11 ditem ege. Roditen *C* || 12 mergere *C* || quae *nimirum Megara* || 14—19 *om B alia exhibens* || 15 tristicia &e̅piromantia. *C* || 16 aniensis *C* || 17 sepultas *in* -tus *corr. pr C* || 19 bates dixit *C* || dixit . . . 20 aperirent *om B* || 20 *lemma interpositum, cf.* Tuscia regio est italiae. in qua primum diuinationes repertae sunt. dicta apo tu theu ·i· a re diuina *B* || 21 **e] Arruns e *CB correxi quamquam etiam in B omnia ad Arruntem referuntur uerbis pro arbitrio mutatis. intercidit fort.* apud eos Tages *cf. p.* 41, 18 || ignitus *C.*

spicinam condidisse narratur. cuius domus fulmine icta conflagrauit, ipse *hi*atu terr*ae* perisse dicitur.

588 ERRANTIS IN AERE PINNAE orn*e*oscopian *dicit.*

589 QVAE NVLLO CRIMINE DISCORS contraria.

591 INFAVSTIS VRERE·F· sterilibus lignis.

593 FESTO LVSTRO 'festo' feriato. per triduum.

596 TVRBA MINOR quoniam sunt pontifices minores. | CINCTV GABINO trabeata. 18

597 VITTATA SACERDOS maior.

598 TROIANAM SOLI CVI FAS·V·M· Palladium. SOLI CVI FAS VIDISSE MINERVAM uirgini sacerdoti. una enim uidebat Palladium quae merito uel aetate pr*a*ecelleret. quod Palladium in templo Vestae fuit.

599 TVNC QVI FATA DEVM SECRETAQVE CARMINA SERVANT 'fata' oracula. SECRETAQ· C. XVuiri dicuntur quorum custodiae Sibillini libri commissi sunt, a quibus respiciuntur, si quid no*ue* incidit.

600 ET LOTAM PARVO REVOCAN*T* ALMONE·C· fluuius Almon secundum ab urbe est. cum ibi lauisset mater deum dicitur reuerti nisi rogata noluisse. modo testato conueniatur ut redeat a xvuiris qui libris Sibillinis inseruiunt.

601 SERVARE (proprium uerbum augurum, scilicet) obseruare. SINISTRAS prosperas eo quod sinant fieri.

602 TITII SODALES equites Romani. * * TITIIQ·SODALES·E·S· septemuiri sacris fac*i*undis pr*a*esunt qui Iouis epulo in Capitolio epulantur. 'Titi sodales' quoniam collegia sodalium a Romulo et Tito Tatio rege Sabinorum instituta sunt. ET SALIVS collegium XII sacerdotum Palati-

---

1 igne fulminis absumpta est *B* || 2 ipsæiatu *C* || 3 in afre *C* || ornoscupion *C.* inspectionem auium significat *il B* ·i· hornoscopos ·i· auium inspectator. Siquidem hornos auis dicitur *B* || 5 lignis ut puta miricae *B* || 7 Qm̃ s̃ minores in sacrorum [*scr.* sacerdotum] ordine *B* || 10 cuitas uidisse *C* || 11 scil. sacerdoti q̃ ceteras praecederet liba*unt *B* || Palladium scil. uerum quod fuit in templo quod de caelo dicitur occidisse uestae *B* || 14 sequitur (?) responsa a fando dicta *B* || 15 secretaq: cxv· *C* || 17 noeincidit *C* || 18 paruore uocan *C* || 19 *fort.* ad secundum *sc. lapidem* || labisset *C* || 20 nis irogat·auoluisse *C* || modo] *num* unde? || 21 redeat ·xxv· *C* || 22 obseruare solitus intendere *B* || 24 ·ii·iii· sodales *C* || Titiiq. .... (*p. sq. l.* 3) nunc.] (28) titique sodales collegium ..... (*p.* 40, 3) duplicauit. (24) Titiiq: sodales·e·s septemuiri .... (28) sunt. *C* || 25 uiris acris facundis *C* || 27 *fort. deleto* et *scr.* regi *cf. Tac. hist. II* 95 || 28 *lemma mutaui cf. ad* 24 || XII] ·VII *C* (*B*).

num Numa instituit propter custodiam [armorum] ancilium quorum similia Mamurius fecit. Collinum instituit Hostilius *ea* causa quod in bello uotum nuncupauit.

604 ET TOLLENS APICEM G·V·F· quoniam pilleati sunt uirgulam super habentes dignitatis causa. GENEROSO VERTICE FLAMEN quoniam flamines *e* patriciis creantur. sunt autem flamines Diales Marciales Quirinales.

610 OBLIQVOQ· MOLAS INDVCERE CVLTRO: πλαγίωι. hic enim ritus est sacrificantium.

612 PRAEMERENT CVM TORVA MINISTRI in sacris enim | 18ᵘ partim cincti partim nudi [media parte] ministri erant.

613 VICTVM PREBEBANT quasi inuiti.

614 NEC CRVOR EMICVIT SOLITVS quoniam et color sanguinis notabatur. SED VVLNERE LAXO 'laxo' grandi patulo aperto. ostentum est enim *si* laxius uulnus sit quam plaga fecerit.

615 NIGRVM PRO SANGVINE VIRVS emicuit.

621 CERNIT TABE IECVR MADIDVM mucore. VENASQVE MINACES 'minaces uenas' hoc est erectas in iocinere ipso. Diuersae uen*a*e sunt quas aruspices cellas dicunt, hostium amicorum et alia huius modi. cum ergo aspiciunt iocinera, intellegunt quae cella iaceat, quae pars saliat. igitur dum uident de hostili parte uenarum pulsus emergere, significari proelium recognoscunt.

622 *PVLMONIS ANHELI* FIBRA LATET 'fibra' dixit *pro* uena. Est autem pulmonis epit*h*eton, si quidem inde emittitur anhelitus ac recipitur spiritus. [uerum tamen in iecur et pulmo preter caeteras duae sunt partes quarum altera amica altera nuncupatur hostilis.]

---

1 custodia [m]armorum *ras. C* || armorum *inclusi cl. B* 'arma sunt' || 2 instituti *C* || 3 duplicauit *m. sec. in spatio quod librarius uacuum reliquerat add. C cf. Liu. I* 27, 7 'Tullus in re trepida duodecim uouit Salios' || 5 habentis *C* || causam *C* || 6 flamine patriciis *C* || 8 plagio *C om B* || Hoc erat mos sacrificii *B* || 10 picae merent cum turba *C* || 11 cintinudi *C. plene B* || mediâ parte *om B. interpolatio sede arguitur* || 12 uict' *B. Scr.* PRAEBEBAT — iniuitus || 15 ostensum *C* || 17 i· marcore dissoluto. propter mollem humorem hiantes *B* || 18 ·i· *B* || 19 Diuersae . . . 20 modi *C:* Venas in duas partes diuidebat. et unam ex parte iulii. alteram ex parte pompeii ponebat. Venae quae iulio deputabantur. terribiles erant. Pompeii uero iacentes *B* || bene sunt *C* || 21 cella neceat *C* || Cum itaque B^1 Dum enim B^2 || 22 uiderit *C* uident aruspices *B* || 23 praelium *B. fort. add.* aduersum? || 24 *lemma suppleui cl.* 'autem' || fribra *pr C* || 25 anelitus *C* || 26 spiritus *om B* || uerum . . . 28 hostilis *sic C: om B. nolui barbarum scriptorem corrigere sed exclusi.*

623 PARVVSQVE SECAT VITALIA L· 'uitalia' uen*ae* sunt quibus uita continetur. qu*ae* cum integr*ae* inueniuntur, salutares sunt.

625 OMENTA 'omenta' ipsa sunt tomacula quae intestina abscondunt. significat autem Caesari cuncta patere.

626 QVODQ · NEFAS NVLLIS INPVNE A · E · quod nefas nullis extis inpune apparuit.

628 PARS EGRA ET M·P· Pompeium.

629 ET CELERI VENAS M· Caesarem,

631 VIX FAS SVPERI deest *o*.

632 NEQVE ENIM TIBI SVMME LITABI·I·H·S. 'su*m*mum Iouem' Ditem accipiamus, ut sit (sensus): cum tibi | non 19 litauerim Pluto, cur in tauri uiscera dii uenistis inferni?

634 NON FANDA TIMEM*V*S haec quamquam nefanda sint, non timemus. ea enim inminent urbi, quae uel in sceleribus noua sint.

635 SED VENIENT MAIORA METV quam timemus.

636 SED CONDITOR ARTIS FINXERIT ISTA TAGES Tages Etrusca lingua uox terra missa. hic Tages dicitur, cum terra araretur, subito natus. hic auguriorum libros scripsit. ⟦ TAGES aruspicinae disciplinam in Etruria prolatam ferunt. nam Tarquinius flamen Dialis cum sementis causa araret, puerum dicitur exarasse Iouis nepotem filium Genii. hic duodecim principum pueris disciplinam aruspicinae dictauit nec post comparuit. qui quoniam e terra natus est, Tages est appellatus ἀπὸ τῆς γῆς. et lingua Etrusca significat 'uox terra emissa'.

639 AD FIGVLVS Nigidius Figulus ideo hoc nomen acce-

---

1 sunt uenae *B* || 2 quibus quibus *C* || 3 sunt *C:* sunt. et maiorem partem intestinae *B* || 4 ipsa: *for*ſ adiposa || tomacula] &tumatula *sic C* &tomolę *B cf.* pellis q̄ uentrē tegit i· pancia q̄ (*an* q̄?) & tumatula *il B. olim conieceram* adiposae sunt tuniculae· || 5 abscondit. siue ut quidam uolunt omentum est uentriculus *B* || patere *om B* || 6 nullus *C* || nefas *sscr B* nefax *C* || 7 apparuit ·i· nunquā sine exitio uisū est *B* || 11 H·] B·*C* || sumum *C* || 12 signf ut *B* || 13 lutauerim *C* || 14 timens *C* || haec *om B* || sit *C* || 15 ea . . . 16 sint *om B* || 15 quaeq: in *C* || 17 euenient *pr C* || 18—19 missa *et* 20 Tages . . . 27. *om B* || 19 Tages hic *B* || 20 et scripsit libros artis aruspicinae *B* || 23 &arasse *C* || 25 comparuit *C* || 26 apotes ges & lingua (a *corr. ex* e) trusca *C* || 27 terre missa *C* || 28 Nigridius mathematicus figulus dictus quod *B*.

pit quod reuersus e Grȧecia dixit se didicisse orbem ad celeritatem rotae figuli torqueri. qui merito artis consul est factus.

SECRETA CAELI N·F· secreta de quibus nullus mortalium disputaret.

640 QVEM NON STELLARVM E·M· AEQVARET VISV *N*·Q·M·A· nec ad uidendum aequaret nec ad supputandum. nam mathesis nunc aspectu nunc calculis ualet. siue secundum Pythagoram qui omnia ratione conposita et numeris *con*stare confirmat.

642 AVT HIC ERRAT AIT NVLLA SINE LEGE PERAEVVM secundum Epicureos qui constare mundum atomis non aliqua ratione praedicant. quod etiam Virgilius tangit | dicendo

19ᵘ

'ut magnum per inane coacta
semina *terrarumque animaeque marisque fuissent*'

et subiungit: non solum *exordia* omnia sed 'ipse tener mundi concreuerit orbis'.

644 AV*T* SI FATA MOVENT VRBI G·P·H·M· 'aut si fata movent' id est mundum uel sidera. et bene dubitatiue, nam omnis mathesis in coniectura est.

646 SVBSIDENT VRBES AN TOLLET F·A· ex motu siderum cladis magnitudinem conicit.

648 AN INFVSIS MISCEBITVR V·V· aut aera aut terras aut aquas pestilentia repentina corrumpe*t*.

650 EXTREMI MVLTORVM T·I·V· 'extremi' ultimi. uide, inquid, in unum tempus extremos multorum dies hominum conuenisse. eleganter, quoniam non singuli sed populi morientur. ‖ quippe multi hoc bello sunt perituri.

---

1 egretia *CB* ‖ 2 figuli *om B* ‖ torqueri. Hic primus mathematicam inuenit et punctum constellationis Omnem enim uim constellationis in puncto consistere dicebat *B* ‖ qui . . . 10 confirmat *om B* ‖ consul] *immo* praetor *tantum* ‖ 4 Segregati caeli *C* ‖ *de *C* ‖ 6 memae quar& uisu (ussu *pr.*) ·Q· *C* ‖ 9 pitagoram *C* ‖ 11 aut h. f. cerrata VI *sic C* ‖ 12 athomis et nulla ratione praedicant et ad interitum praeparatur *B* ‖ quod . . . 20 *om B* ‖ *Verg. ecl.* 6, 31—34 ‖ 14 uti *Verg.* ‖ inanae *C* ‖ 15 seminata ·M·F· *C* ‖ 16 tenter *pr C* ‖ 18 Ausirata *C in lemm.* ‖ 19 est modum *C* ‖ 21 tollent *C* ‖ 24 corrumpae *C* corrumpi *B* ‖ 25 T·V·I· *C* ‖ 26 Multorum inquit hominum extremi dies in unum tempus conuenerint *B* ‖ 27 eleganter . . . 28 quippe *om B* ‖ 28 in hoc *B*.

651 SVMMO SI FRIGIDA CAELO STELLA N· 'summo' medio. 'frigida' nocens. Virgilius

'frigida Saturni sese quo *stella receptet*'.

652 NIGROS SATVRNI A·I 'nigros' mortales.

653 DEVCALEONEOS FVDISSET A·I· significaret, inquid, diluuium quale fuit sub Deucalione. Aquarius enim in *n*otio orbe situs est qui est propria sedes Saturni.

655 SI SAEVVM RADIIS NEMEVM F·L· leo solis domus est. ad quem cum uenerit ἐκπύρωσιν facit. 'Nemeum' hic produxit, Virgilius contra corripuit '*Nemeae* sub rupe leonem'.

656 TOTO FLVERENT INCENDIA M· ἐκπύρωσις.

658 HII CESSANT·I· scilicet Saturni in aquario, solis in leone.

659 SCORPIO*N* INCENDIS CAVDAM ideo dictus Mars incendere caudam scorpii quod in ea *do*micilium habeat. qui cum summum caelum tenet, bella suscitat.

660 NAM MITIS IN ALTO IVPITER OCCASV P· quando enim | Mars in scorpio est et Iupiter ac Venus cum Mercurio in occassu sunt, tunc bellorum mala ingruunt, quoniam nemo illorum ualet stellae Martis subsistere. 'mitem' autem Iouem dixit et 'salubrem' Venerem secundum mathesis disciplinam. nam Iouis et Veneris planet*ae* benign*ae* sunt, Martis et Saturni mali*gn*ae, Solis et lunae mediae, Mercuri plus boni habens quam mali. etiam Virgilius hos Aene*a*e deos ostendit: cum iam omnia pericula euasisset, eum 'Iupiter aethere summo despiciens' accessit et Venus 'tristior' 'et Maia genitum dimittit ab alto'.

1—3 *om B* || 1 medio medio *C* || 2 *Verg. ge. I* 336 || 3 saturnis seseq: s·r· *C* || 4 ·i· mortiferos *B* || 5 Significare inquit *B* || 6 Aquarius — 7 *C: om B* || inorto orbe *C* || 7 dedes *pr C* || 8—11 *C:* duo diluuia unum per aquam. alterum per ignem Subtili descriptione argumentatur Si sol in signo leonis fuisset · mundus igne cremaretur *B* || 8 lea *C* || 9 enpiros In *C* || 10 *Verg. Aen. VIII* 295 || Nemeae *suppleui* || su breupeuleonem *C cf. ad p.* 46, 7 || 11 teto *C* || haec pirosis *C* || 12 i·] ·i· hi cessant ignes *C* || scilicet saturnus in aquario, sol in leone non apparet *B* || 13 quidam *C* || ideo . . . 21 nam *C:* Martis enim domicilium in scorpione est *B cf. Seruius in Verg. ge. I* 33. 35 *Firmicus math. II* 2 *p.* 16 *ed. Basil.* 6 *p.* 19. 12 *p.* 26 || 14 ea *C: fort.* eo || domicilium] riguum *C. an* οἶκον || 16 Nam montio in alito *C* || 18 occassum *C* || 19 *fort.* nemo reliquorum || mitem] imacē *C* || 20 iouis dixit *C* || 21 plenę te *C* (*de genere cf. ad p.* 35, 7): stellae plenae *B* || benignitatis *B* || 22 Martis . . mediae *om B* || malignae] mediae *C* || 23 mercuralis media est plus tamen *B* || habens *post* mali *B* || etiam] nam *C. hinc* . . . 26 *om B* || *Verg. Aen. I* 223 *sq.* || 24 aenae *ex* aediae *corr pr C* || 25 aetaere *C* || *ibid.* 228. 297 || 26 demittit *Verg., scil. Iuppiter.*

662 MOTVQVE CELER CILINIVS HERET utpote minister. quem ideo 'celerem' dixit quod omnibus momentis aut praegrediendo aut regrediendo cursus eius mouetur. de quo Horatius 'superis deorum gratus et imis'. hic in domicilio suo bonus est, cum uero iungitur stellis malis uel bonis, fit bonus uel malus.

663 CVR SIGNA MEATVS D·S· cursus.

665 ENSIFERI NIMIVM FLVGET LATVS O· (latus) pro gladio. Virgilius 'armatumque auro circumspicit Oriona'.

667 CONFVNDET IVS OMNE MANVS in bello leges tacebunt. CONFVNDET I·O· MANVS in bellis ciuilibus. SCELERINE NEFANDO NOMEN ERIT VIRTVS uirtutis nomine certamen impium protegetur. quale est

'coniugium uocat: hoc protexit nomine culpam'.

668 MVLTOSQVE EXIVIT IN ANNOS H·F· quod Augustus Caesarem esset ulturus.

670 CVM DOMINO PAXS V· quod imperaturus esset.

20ᵘ 672 CIVILI TANTVM IAM LIBERA B· tunc tantum | libera cum geris ciuile certamen, finito proelio seruitura uictoribus.

674 Pindus mons Thessaliae ubi colitur Liber pater.

675 EDONIS 'Edonis' bacca. Edones autem ex parte Thraces sunt. Virgilius 'ac uelut Edonii boreae cum spiritus'. ‖ 'Edonis' nomen baccae quae in sacris Liberi patris inducitur furens. unde et Virgilius 'ac uelut Edonii boreae'. Statius 'dulcius Edonas hiemes H·N·' Horatius 'non ego sanius baccabor Edonis'. OGIGIO LIEO 'Ogigio' Thebano. aut a rege aut a porta dictus mons. alii fontem dicunt Ogigium, alii insulam.

---

1 Sidus haebet motuque *C* ‖ 2 quem . . . 6 *om B* ‖ 4 *Hor. carm. I* 10, 19 ‖ gratus] aratus *C* ‖ hic *cf. Firmicus II* 10 *p.* 23. *III* 8 *p.* 68 ‖ 5 lungitur *C* ‖ 7 metatus *C* ‖ 8 ansiberi *C* ‖ 9 *Verg. Aen. III* 517 ‖ Virg. . . . Oriona *om B inepta de Orione substituens* ‖ armat[v]mquam *ras. C* ‖ 10 tacebunt ut illud 'silent leges inter arma' *B* ‖ 11 Scelerine | fundo *C* ‖ 12 noẽ impietas *B* ‖ 13 *Verg. Aen. IIII* 172. *om B* ‖ 15 H·] ·L· *C* ‖ augustis *C* ‖ 16 ulturu[s]; *ras. C* ‖ 17 dominio *C* ‖ imperatus rus *pr C* ‖ 18 ·i· protende ne pax ueniat cum domino ·i· tunc *B* ‖ 19 gesseris ciuile *cet. qm B* ‖ 20 montes falię *C* ‖ thessaliae ab occidentali parte *cet. om B* ‖ 21—26 Edonis *om B* ‖ 21 uacca. aedones *C* ‖ 22 *Verg. Aen. XII* 365 ‖ euellit edoni ebore. aecum *C* ‖ 23 uaccae *C* ‖ 24 edonii bore ae *C* ‖ 25 *Stat. Theb. V* 78 ‖ edonis hiemens *C* ‖ h·N· *C:* Arctonque frementem *Statius* ‖ *Hor. carm. II* 7, 26 ‖ 26 Ogi gilieo *C* ‖ 26—28 *C:* thebano a rege *B.*

679 VIDEO PANGEA NIVOSIS C·I· Pang*a*ea mons T*h*essaliae. 'Pang*a*ea' autem dixit sicut 'M*a*enalus' 'Mae*na*la', 'Tartarus' 'Tartara'. Pang*a*ea loca sunt inter T*h*raciam et Macedoniam, dicta quod asperitate ac saxosis montibus careant et tantum modo terrena sint ac fecunda. 'Pangaea' id est totum terra. ⁋ Pang*a*ea mons Thessaliae numeri pluralis, generis in singulari masculini, in plurali neutri, ut 'M*a*enalus' 'M*a*enala'.

683 PRIMOS ME DVCIS I·O in Aegyptum ubi Pompeius occisus est. quo ergo? ad Aegyptum.

684 QVA MARE LAGEI MVTATVR G·S· 'mutatur mare': Nilus enim tam copiosus est undis ut dulce faciat mare.

685 HVNC EGO F·D·T·A (tacito nomine) Pompeium (significat).

686 QVI IACET AGNOSCO bene 'agnosco', quoniam qu*ae* nobis futura sunt, uatibus praesentia sunt. Virgilius 'et Tibrim multo spumantem sanguine cerno'. dicit autem Pompeium. DVBIAM SVPER AEQVORA SYRTIM Catonem significat, qui cum in Africa nil ualeret, ibi ipse *se* interemit. 'dubiam' | autem dixit, quoniam accessu et recessu nunc mare nunc terra est. 21

687 QVO TRISTIS ENIO in Afric*am*.

689 *AT*QVE AEREAM PIRANEN Pirineus mons qui Galliam ab Hispaniis diuidit. significat Sextum Pompeium Pompei Magni filium. dictus autem Pireneus ἀπὸ τοῦ πυρά, agita- t*ae* enim arbores uento ignem creant.

---

1 pangiani bogis. *C* || 1 . . . 8) *C:* dixerat quasi totam terram sine asperitate scilicet saxorum *B* || 2 Pangia *C* || *cf. Diomedes p.* 327, 1. *Probus p.* 22, 15 *Keil.* || maelatar tarus *C* || 3 tarciam et macaedoniam *C* || αcχαχοsis montib; *C* || 5 Pangeae id est *C* || 6 pungea *C* || 7 masculino *C* || neutro. ut memenala *C* || 9 promos *C* || Pompeius] prope *B* || 10 quo . . . Aegyptum *om B* || 13 T·A·] C·A· *C* || 14 sigñf. qui apud aegiptum decollandus erat a ptholomeo *B* || 15—18 Pomp. *om B* || 16 *Verg. Aen. VI* 87 || &ubrim *C* || 19 qui . . . interemit *C:* qui se ipsum interemit in africa (*adiectis inepte* ducens exercitum per desertum libiae) *B* || 22 auo tristinenio *C* || in — 23 atque] in affriaque *C.* africā *il B* || ninan et Piraneus (*corr. in* Piri-) *C* || 24 hispanis *B* || significat . . . 26 creant *C: alia ineptiora B* || sectū *C* || pompeio magni *C* || 25 apotu pira *C* || 26 uentu *pr C.*

691 IMPIAQ·IN MEDIO PERAGVNTVR B·S· quoniam Caesar in senatu a Bruto et Cassio est occisus post bella ciuilia.

692 CONSVRGVNT PARTES ITERVM ab Augusto in ultione Caesaris patris.

694 VIDI IAM FOEBE FILIPPOS Virgilius:

'nec fuit indignum superis bis sanguine nostro
Emathiam' * *

FILIPPOS Philippi campi. iuxta *Ha*emum ciuitas Philippi appellatur quam Philippus pater Alexandri magni dicitur condidisse in campis Philip*p*ensibus.

695 ET LASSO IACVIT DESERTA FVRORE uaticinatione. Virgilius

'infelix qui non sponsae praecepta furentis
audierit'

'lasso furore' (qui lassos facit) μετωνυμικῶς ut 'maestum timorem'.

1—16 *om B* || 1 peragumtur *C* || 5 VIduam foeberi lippos *C* || *Verg. ge. I* 491 || 7 aemartiam sub urpe *C nimirum* sub rupe *corrigendo loco p.* 43, 10 *in mg archetypi adscripta huc traiecta sunt: cf. f.* 88. 96ª || *adde* 'et latos Haemii pinguescere campos' || 8 *et* 9 filippi *C* || iuxtaemum *C* || 9 filippus *C* || 11 Uaticina natione *C* || 12 *Verg. Aen. II* 345 || 15 qui l. facit *inserui ex B cetera omittente cl. Diomed. p.* 458, 29 *K.* 'maestumque timorem' id est qui maestos facit hoc est tristes. || metoni micos *C* || ut *Verg. Aen. I* 202.

M̃·ANNEI·LVCANI·COMENTORIV̄·EXPL̃I LIBER·I·| INCP̃T ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI·SIDONIUS SUBDIAC̃ FUIT *sic C.*

bernā-

LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI · SIDONIVS SVBDIACONVS FECIT

Anxiam interea plebem luctusque dolorque
inpellunt maestas in caelum fundere uoces.
consilium capiunt una Brutusque Catoque
Caesaris an partes an Magni signa sequantur.
sed Caesar ueniens aduersos proterit armis.
Interea Magnus Campanam tendit ad urbem
hortaturque suos ueneranda uoce cohortes,
destinat et natum, reges ut cogat in arma. |
Brundusii portum Caesar munimine claudit, 21u
Pompeiusque fugit perruptis nocte catenis.

2 SIGNA DEDIT MVNDVS uetustiores philosophi mundum semper et fuisse et esse et futurum esse adfirmant, in quo nec futuri terminus et sine fine aeternitas sit. Plato autem adfirmat causam creandi mundum dei bonitatem esse, ut nostrum munus effecerit quod singulus possidebat. Alii dicunt *e* confusione quadam mundum esse generatum ac duo regna confirmant, illut superius magni dei plenum quietis et luminis in quo diuinae atque innumerae potestates lucem habitant, ad quam animae post resolutionem corporis peruenient purgatae primum lunae aquis post solis igni, ut ait Virgilius 'infectum eluitur scelus aut exuritur igni', hoc uero regnum quod habitamus inferius malignis poenam esse

---

3—*p.* 48, 5 *om B* || 3 *fort.* Anxius || 7 poterit *pr C* || 8 tandit *C* || 9 coorthes *pr C* || 14 & semper fuisse *C in mg* Opiniones philosophorum de mundo || 15 Plato *Tim.* 6 *p.* 29 *E* || 17 efficer& *C* || singulis *C* || Alii *qui fuerint frustra quaesiui. superius et inferius mundi regna commonefaciunt Xenocratis cf. Krische theolog. Gr. p.* 315 *sqq. Zeller hist. phil. Gr. II* 1 *p.* 674 *sq. nec dissimilia Macrobius in s. Sc. I* 11, 5. 6. *sed abhorret illa 'contentio' potestatum. quamobrem possis de opinionibus non illis quidem Empedocleis sed quales posteriores ex Empedocleis effecerunt cogitare cf. Hippolytus philos. VII* 29 *p.* 249 *ed. Oxon.* 31 *p.* 253 *sq. et quae ex comment. Arist. Sturzius congessit* || 21 *an* quod? || 22 *cf.* ὕδατος σεληνιακοῦ *Philolai ap. Stob. ecl. I* 21, 6 *p.* 452; *Plut. de facie in orbe lunae* 26 *sq. p.* 942 *sq.* || ignem *ex* ignis *corr C* || ait] de *C* || 23 *Verg. Aen. VI* 742 || 24 malignus *pr C* || poenum *C* plenum *Bernaysius cl. u.* 19.

uirtutibus quae bella caedes et has ceteras rerum uarietates *adferant*, adfirmantes inter has inferiores uirtutes et superiores mundum *in* quo habitamus quadam contentione uagari. quod antiquissimus poeta adfirmat dicens 'natura naturam uincit et dii deos'.

LEGESQ · ET FOEDERA RERVM foedera legibus firmiora sunt. nam leges aliis legibus inpugnantur.

3 MONSTRIFERO TVMVLTV eo quod monstra nascantur.

4 INDIXITQVE NEFAS denuntiauit, ut (Virgilius) 'indicere bella Latinus'.

5 MORTALIBVS ADDERE CVRAM ut qui incerta pauerent, certa etiam magis agnoscerent. Proprium autem epitheton est 'sollicitos mortales'.

7 SIVE PARENS RERVM Iuppiter aut natura. SIVE PARENS
22 RERVM CVM PRIMVM I·R·M·R· | F·C·R· hic est sensus et
16 ordo: siue rerum *parens*, natura, initio mundi et adhuc rudibus saeculis causas rebus quibus moueantur et ordinem dixit, lege qua uniuersa constringit et se ipsum tenens, rerum naturam, et certo atque inmoto fatorum limite disterminauit mundum iussa ferentem saecula, iussa autem a natura, siue nihil positum est et humana res atque ipse mundus ex casu magis quam ordine regitur, o summe Olympi rector, quodcumque est, subitum sit. INFORMIA REGNA chaos.

9 FIXIT I·A·C· statuit. QVA CVNCTA CHOERCET S·Q·L·T· hoc secundum Stoicos dicit qui adfirmant mundum prudentia ac lege firmatum, ipsumque deum esse sibi legem.

10 ET SECVLA IVSSA FERENTEM a fatis pronuntiata.

---

1 uirtutibusq: *C* || uaria&ates adfirmãtes. Iī has *C. an* per || 3 in quo] quod *C* || 3 uacari *C* || 4 poeta *caue Latinum existimes: nisi forte lubet saturnii* natúra nátúram uíncit, dí díuos *sententiam et uerba fauno alicui uatiue tribuere. nisi fallor, Homerus respicitur auctore aliquo Crateteo cf. uit. Homeri* 99. 102 *p.* 327 *sq. Gal.* || 6 federa rerum legibus *B* || 9 ostendit uel denuntiauit *il B u.* 5 || *Verg. Aen. VII* 616 || Virg̃. Indiceret cum ordiñ bella latin' *il B u.* 2 || 12 aetiã *C. om B* || epitheton (*om.* autem *et* est) *B* || 14 *om B* || 15 crum primū· *C* || 16 Ordo et sensus est *B* || in initio *B* || scli *B* || 17 quibus moueantur *ante* lege *B* || indix̃ *B scr.* fixit || legem quo *B* || 18 constringit *om B* || ipsum *CB* || naturam *B* natura *C* || 19 certo . . . 21 et *om B* || factorum *C* || 21 atque . . mundus *om B* || 22 quam ex *B* || olim pirector *C* rector olimpi *B* || 24 istatnit *C* || 25 hoc *et* dicit *om B* || affirmant *B* || 26 ac *om B* || sine lege *B*.

11 INMOTO LIMITE inmutabiliter.

12 SIVE NIHIL POSITVM E· siue nihil est fatale. SEV FORS INCERTA VAGATVR fortuna incerta ideo, quoniam modo bona modo mala uenit. hoc autem secundum Epicureos qui mundum casu regi adfirmant.

13 ET HABENT MORTALIA CASVM ἀνθρώπινα· 'casum' euentum.

14 SIT CAECA FVTVRI MENS H·F·L·S·T· conplexio finita. LICEAT SPERARE TIMENTI longior poena est timere quam perpeti.

16 ERGO VBI CONCIPIVNT sentiunt.

17 CONSTATVRA FIDES fides quae prodigiis monstrabatur.

18 IVSTITIVM· iustitium quando ius stat nec causa agitur, sicut solistitium dicitur. ⟦IVSTITIVM iustitium est, cum indicto bello ad arma curritur nec iura aguntur. PLEBEIO AMICTV sine toga, sine praetexta pulla ueste usi sunt.

20 TVM QVAESTVS TENVERE·S· 'questus' alii querellas intelligunt, alii lucra, ut nemo | ex labore uel artificio 22ᵘ commodi aliquid *con*sequeretur.

21 ERRAVIT SINE VOCE· D·nemo loqui poterat quod timebat. FVNERE PRIMO incipiente morte.

22 ATTONITAE TACVERE DOMVS 'tacuere' quia plerumque adimit officium lacrimarum doloris immanitas.

23 NONDVM CONCLAMATA ante planctum. 'conclamata' defleta (uel mortua, ut illud Terentii 'desine: iam conclamatum est' id est iam mortuus est).

25 SED CVM MEMBRA PREMIT aut mors aut mater.

27 NECDVM *EST* ILLE DOLOR SED IAM METVS· OCCVBAT AMENS MIRATVRQVE MALVM 'malum' mortem.

28 CVLTVS MATRONA PRIORES D· pacis ornatum.

---

1 liniinte (lin *ex* llu *corr*) *C i. e.* limite *sscr* n ‖ 2 E·] C·M· *C* ‖ 3 fortuna . . . 4 uenit *C:* Fors. fortuna modo prospera modo aduersa. modo bono modo mala *B* ‖ 4 autem *om B* ‖ 5 adfirmant (nt *corr ex* t) *C* affirmant *B* ‖ 6 *sq. om B* ‖ Antro pina *C* ‖ 7 euentem *C* ‖ 8 S·] G· *C* ‖ 9 Longa *C* ‖ poena *om* B^2 ‖ *uaria addit ad h. u. B* ‖ 12 que *B* ‖ 13—16 *conturbat B inepta ipse addens* ‖ 13 nec agitur sic solstitium. solis statio *B* ‖ 16 amictus· *C* ‖ ·I· sine toga rustico *il et* i· publica ueste *B* ‖ 17 quaestus *pr C* ‖ tunueres· *C* ‖ querelas *B* ‖ 18 alii uero *B* ‖ labore suo aliquid consequeretur *B* ‖ 20 loqui *CB. fort.* eloqui ‖ 22—23 *om B* ‖ 23 lacrimarum. Luterarum doloris *C* ‖ 24 conplancta uel *B* ‖ *Ter. eun.* 348 ‖ 27 ipsa mater uel mors rigida *B* ‖ 28 ocubat *C* ‖ 29 *om B* ‖ 30 Cult[us] *cum ras. C* ‖ ornamentum *B.*

[illegible] NECDVM E · I · D · S · I · M · I · A · M · Q · M · [et] utrum- [illegible] ad matronam refertur quae ita malis obtorpuit ut nec [illegible] nec metum sentiat, sed sola ammiratione (tor- [illegible]

[illegible] MESTA · QVE TENENT D · CATERVAE propter preces.

[illegible] HAEC LACRIMIS SPARSERE D · non sufficeret ante [illegible] sed in gremio deorum lacrimas fundere.

[illegible] CREBRIS FERIVNT VLVLATIBVS A · (ut) inuidiam diis [illegible] sed planctibus incitarent.

[illegible] TEMPLO TONANTIS (in) Capitolio. sic Virgilius [illegible] non ad templum summasque ad Palladis arces'.

[illegible] DIVISERE DEOS partitae sunt pro religionis affectu.

[illegible] FACTVRA PARENS inuidia deorum est cum [illegible] de miseriis conqueruntur.

[illegible] GENAS figura(te), ut 'nuda genu'.

[illegible] SVMMIS SERVATE M · aut nouissimis aut peio- [illegible] FLERE POTESTAS aut ante mortem aut ante do- [illegible]

[illegible] VICERIT ALTER GAVDENDVM E · non uoto sed [illegible]

[illegible] ROMINA SAEVA QVE · quod aut permitterent aut [illegible]

[illegible] CANNARVM FVIMVS Lucius Aemilius Pau- [illegible] Varro consules contra Annibalem [illegible] Varronis consulis infelicissime aput Cannas [illegible] omnes paene spei Romanae uires perdide- [illegible] pugna · XLIIII · milia Romanorum inter- [illegible] Aemilius Paulus periit, Varro cum · L ·

[illegible] || obtrorpuit *C* optorpuit *B* || 3 nec [illegible] || Mestaque tent dicat erp. *C* || praeceps *C* prae- [illegible] || non *cum ras. C* || suffecerat *B* || tante *C* || [illegible] || 10 sic *C*: s. sed sparsim iacuerunt [illegible] || *Verg. Aen. XI* 477 || 12 affectu [illegible] || 13 est *om B* || 14 con- [illegible] inuidiam. dum quosdam deos in- [illegible] *add B* || 15 ut *Verg. Aen. I* 320 || genu [illegible] || 17 aut ante *C*: Nolite mo- [illegible] || [illegible] duorum *add B* || 21 quod aut [illegible] || 23 ruimus · lutius *C* || ēmilius *B* || [illegible] || 25 apud *B* || 26 apuleiae *B* || pene [illegible] || 28 sunt *C*: sunt. Tunc *B* || emilius [illegible] equitibus *C* cum lucio et equitibus *B*.

equitibus Venusiam fugit. ac tunc Annibal in testimonium uictoriae suae tres modios anulorum aureorum Carthaginem misit quos ex manibus senatorum equitumque Romanorum detraxerat. TREBIAEQVE IVVENTVS uenienti Annibali de Hispaniis per Gallias ad Italiam Scipio consul primus occurrit qui commisso proelio ipse grauiter uulneratus per Scipionem filium admodum praetextatum morte liberatus euasit. deinde eodem consule pugnatum ad fluuium Trebiam, ubi iterum Romani sunt superati ab Annibale. sed et Sempronius consul idemtidem alio proelio aput eundem fluuium ab eodem Annibale superatus est.

47 NON PACEM PETIMVS SVPERI non pacem sed bella, non tamen ciuilia.

49 ACIMENIIS DECVRRANT MEDICA SVSIS A· Parthis a rege dictis. SVSIS ciuitas Parthorum.

50 NON ALLIGET HISTER gelu scilicet non retineat. HISTER qui et Danubius.

52 ALBIS fluuius Sueborum hoc est Germaniae prouinciae. ‖ ALBIS fluuius Galliae uel Scythiae qui dirimit Suebos a Cheruscis. ET INDOMITVM RENI CAPVT quoniam Gallos numquam eiecerant sede eos qui colunt caput | Rheni. 23ᵘ

54 OCCVRRAT HIBERIS ALTER exercitus.

56 NVLLA VACET TIBI ROMA MANVS sensus: facilius, inquid, omnibus gentibus quam uni bello ciuili occurrimus.

57 CONLATVS IN IGNES P·A·T·P·F·DEC· ecpyrosis (sit). [et] ostendit aethera ignem esse.

---

1 uennsium *CB* ‖ fuit *C* ‖ testimoniae *C* testimonio *B cf. quae de* 'in honore' *dixi comm. de schol. Hor. ad p. VIIII* 12 ‖ 2 Tremodios *C* ‖ aurerũ *pr C* ‖ carthagine *C, B* ‖ 3 ex] & *C* e *B* ‖ saenatorum aequitumq: *C* ‖ 4 Trebiaeque *B* Treuiaeque *C* ‖ 4—11 *ex Oros. IIII* 14 *p.* 253 ‖ hispanis *B* ‖ 6 *et* 10 praelio *B* ‖ stipionem *C* ‖ 7 admodum *om B* ‖ 8 Denique *B* ‖ trebiũ *B* treuium *C* ‖ 9 sunt *om B* ‖ sed et *C:* sunt. Set et *B* ‖ simpronius *B* ‖ 10 identidem *B* ‖ apud *B* ‖ filium *C* ‖ 11 eodem *om B* ‖ 12 super ·I· *C* ‖ sed —13 *C:* petimus superi. sed aliud bellum non tamen ciuile *B* ‖ 14 *sq.* ab achimene rege *il B* ‖ 16 prohibeat *B* ‖ hister . . 17 *C:* qui per baioariam currit *il B* ‖ 18—21 *C:* quia crines flauos facit. ipsi sunt dani. ut quidam dicunt. ipsi nortmanni *il B* ‖ 19 uelstitiae *C* ‖ 20 acerucis *C* ‖ reni] erens *C* ‖ 21 geiecerant *C* subiecerant *B* ‖ sedeos *C* s; eos *B* ‖ qui *C:* qui s. *B* ‖ caput *C* cap̃ est *B* ‖ 22 i· occurrat *B* ‖ liberis *CB* ‖ 23 sessus *C* *om B* ‖ facile *C* ‖ 24 inquit *B* ‖ uno *CB* ‖ ciuilie *C* ‖ occurrim uolo *B* ‖ 25 Contatus *C* ‖ in *om pr C* ‖ P·F·DEC·] P·d·E·s· *C* ‖ ecpirosis *C:* Empirosis sit *B* ‖ 26 aetera *C* ‖ igne *C* ignea *B*.

60 DVM NONDVM MERVERE militauere. TANTONE NOVORVM P· S· 'nouorum scelerum' quod primus monarchiam Caesar obtinuit.

61 QVERVNT VTER IMPERET ORBI deest 'eorum'. 'prouentu' autem dixit 'copia' Virgilius: 'prouentuque oneret sulcos atque horrea uincat', sed hic abusiue dixit 'exitu'.

62 VIX TANTI FVERAT CIVILIA BELLA MOVERE· VT N· ut imperent pugnant, qui non debuerunt pugnare ne aliqui imperarent.

64 AT MISEROS ANGIT SVA CVRA PARENTES 'sua cura' quasi proprie senum sit cura. 'angit' autem 'suffocat', tractum ab anguina, quam sues patiuntur.

65 VIVACIA FATA quod eos uita longa faciat multa perferre.

68 NON ALIOS INQVID MOTVS T·F·P· ab exemplo.

69 CVM POS TEVTONICOS VICTOR Teutones Galli quos Marius uicerat. LIBYCOSQ· TRIVMFOS de Iugurtha. praepostero ordine dixit.

70 EXVL LIMOSA MA· CAPVT ABD·V· cum senatus decreuisset ut Silla contra Mithridatem in Pontum mitteretur, quidam Sulpicius extitit tribunus plebi qui persuaderet consulibus iussu Marii, ut Marius mitteretur et Silla rediret. ita annuente senatu profectus est Marius conglobatis militibus urbanis. quare Silla regressus proteruum et inprobum Marium fugauit proscripsitque uoluntate senatus Marianos, et in absentia ei senatus ob facta aqua et igni interdixit.
24 dehinc cum missis | inquisitoribus in agris Minturnensium in palude latuisset, a pastore inuentus traditus est principi

1 om B || Tantone C || 2 primũ monartiam C || 3 optinuit B || 4 [illegible] C || deest . . . 5 dixit om B || 5 copia C: i· exitu. uictoria. uel copia B || Verg. ge. II 518 || honeret CB || 6 s; hic exitu dix̃ abusiue. B || 7 [illegible] || 8 pugnant pr C || debuerant (pugnare om) B || imperarent B || 10 [illegible] C || parcentes C || 11 proprie om B || [illegible] B || 11 sq. hinc 'liber glossarum' Bern. XVI f. 28u 'Angit · suffocat' || 11 [illegible] B || 12 [illegible] pr C anguia B || 13 Uiuiacia C || 14 [illegible] C || 15 17 [illegible] B || 16 posteulonicos C || 17 uincerat pr C || [illegible] C [illegible] X 180 || iucurta C || praep. .. 18 dixit om B || 19 [illegible] C || A·B·d·v· C || 19—p. 53, 13 [illegible] B, qui praeterea Orosium [illegible] || 19 [illegible] C || 20 utilla pr C || metridatem [illegible] C || 23 conglobatus C || militibus pr C || 24 propter · ut met inprobum C || 25 fugauit C || senatu marinianos & C || 27 cõmissis C.

Minturnensium et in carcere*m* missus. ad quem interficiendum quidam carnifex Gallus genere missus cum uellet imperata perficere, horrendum uisu globos flammarum uertice exsurgere uidit uocem*que* patere subitam quae illum (a) Mario coerceret audiuit. quibus monstris territus miles ea quae gesta sunt principi renuntiauit. tunc Minturnenses nauicula data cum copiis Mari*um* e finibus suis remittunt. qui Vticam est delatus. huius filius forte in Numidia a*b* *H*iamsale rege in custodia detinebatur. quem sua strenuitate liberauit profectusque cum eo in Africam collectaque ibi multitudine seruorum et latronum Cinnam inuenit, [qui Ardi*ae*orum et Latinorum manum contraxerat] profectique in urbem interfectis inimici*s* consules creati sunt absente Sylla.

71 AVIDI SOLI uoracissimi. LAXAEQ· PALVDES putres lutos*ae*ę molles.

72 DEPOSITVM FORTVNA TV*R*M creditum commendatum.

73 PEDOR inluuies.

74 FELIX MORIT*VR*VS IN EVERSA V· septimum enim consulatum *a*gens Rom*ae* idibus ianuariis decessit.

75 POEN*AS* A·DABAT *S*CELERVM futurorum.

80 TERRIBILISQ·DEO*S* SCAELERVM qui seruarent Marium bellis ciuilibus. MARIVMQVE FVTVRVM clare pronuntia 'Marium', ut fiat emphasis. 'futurum' autem consulem uel uictorem talem qualis uere fuit. fertur quod de capite eius exilierit ignis.

82 LEGIBVS AEVI fati sui legibus.

---

1 ad . . 3 perficere *C*: Fertur quia lictor quidam gallus missus ad marium interficiū B^2 || 3 duos globos *B* || de eius uertice exurgere. uocemque *B* || 4 eum a *B* || 5 coherceret *B* || quibus m. territus] ac horruit eum interficere *B* || mile** *pr C* || aequae *pr C* || 7 marumefini bus (sus *pr*) *C* || 8 uticaeest (i st *pr*) *C* || fluuius *C* || a (ic *pr*) iamsalae forteincustodiam *C* || 10 africam *C*: *fort.* aetruriam *cl. Plut. u. Mar.* 41 *προσβαλὼν Τελαμῶνι τῆς Τυρρηνίας καὶ ἀποβὰς ἐκήρυττε δούλοις ἐλευθερίαν, App. b. c. I* 67 || Ibi *ex* Ubi *corr C* || 11 *sq.* cum ardeorum etiam et latinorum manū · quam ad auxilium contraxerat hoc agens *cum excerpto Oros. iungit B* || 11 ardeorum *CB* || 14 ·i· molł. u. citoq; rapientis *B* || putreq; *corr B* || 15 lutos emolles *C* lutosę *B* || 16 *C*: cōmdatū pign' marium quia fortuna eum quasi depositum cōmdauerat· ne inuentus. interficeretur *il B cf. excerpta in Eichenfelderi anal. p.* 209 || 17 inlubies *C:* squalor· illuuies· uel odor corporis sordidus *B* || 19 gens *C* gerens *B* || decessit *ante* romae *B* || ianuarii *B* || 20 poena dabat celerem *C* || *alia fusius B* || 21 deoscaelerum *C* || qui *CB* (deas *in textu B*) || 22 clara *B* || 23 sunt enfasis *C* sit emfasis *B* || uel uictorem *om B* || 24 qualem *B* || 24 fertur . . 26 *om B.*

83 VANVM DEPONE FVROREM o Galle quid uis ferire quem non licet? |

24ᵃ 84 SI LIBET VLCISCI DELETE FVNERA G· ut quodam modo Galli uindicarentur de Italis, si Marius euaderet moturus bella ciuilia.

85 NON ILLE FAVORE NVMINIS non est protectus in totum numinis (sui) fauore ab ira deorum. nam postea multa passus est mala.

NON ILLE FAVORE NVMINIS fauerant ei, inquid, fata non illi propitia sed nobis aduersa. ut Virgilius 'fatisque deum defensus iniquis'.

88 PELAGO INIQVO [in*i*quo pel.] quoniam in mari non peri*i*t.

85 HVNC CIMBRI SERVATE SENEM si ueram, Cimbri, si dignam quaeritis ultionem, non de unius Mari sed de totius populi Romani nece, expectate uindic*t*am. leuis ira est, quae unius tantum sanguine uindicatur. ultor uester est, quem uultis occidere.

90 NVDA TRIVMPHATI I·P·R·I· quem ipse spoliauit. 'triumphati' de quo triumphauerat. et sic dictum est ut 'acri quondam regnata Licurgo'. aliud enim est 'triumphator', aliud 'triumphatus'.

92 CARTAGO MARIVSQ· T· inuicem de se tulere solacia aequanimiterque suos casus perpessi sunt, dum miseretur alter alterius. PARITERQVE IACENTES IGNOVERE DEIS pariter ferendo.

93 LIBICAS IBI COLLIGIT IRAS Romanis inimicas.

---

3 ut *C:* Vlcisci ·i· uindicare ut *B* || quoddam *C* || 4 marium seruarent *B* || morturus *C* qui moturus erat *B* || 6 fulbre nu numinis *C* || i· non in totum pr. est *B* || 7 faborem *C* || 8 mala *ante*passus *B* || 9—10 non *C:* quasi diceret. non *B* || 9 fauer nutei *C* || 10 pro patria s; *B* || *Verg. Aen. II* 257 || 12 in quo uel (oel *corr*) *C: om B. iteratur lemma* || mare *B* || 13 perit *C* pemit *B* || 14 hunc hinc imbri *C* || Si . . . 15 ultionem *C:* ·i· si dignam ultionem de cimbris queritis *il B* || 15 marii *B* || 16 uindicam *C* ////////uindictam *B* || leuius est ira *B* || 17 ultor . . . 18 *om B* || 19 ɨtrium[pha]ti *ex corr. C* || quam *C* quae *B* || spoliauerit *B* || 20 de quo (deco *C*) tr. *CB²:* regis numidarum quem ipse uictum triumphauerat *B¹* || ut *Verg. Aen. III* 14 || 21 regna itali *B* || lig Urgo *C* || enim *C:* non *B* || 23 cargago *pr C* || tulerunt *B¹* || solatia *C* || 24 aequanimiter quae *C* qui equanimiter *B* || 25 alteri *B* || lacente sic nouere dehis *C* || 26 *om B* || 27 Romanis scilicet collegit inimicas secum afros *B* || inimicos *C.*

94 SERVILIA SOLVIT A · 'soluit' aut compedibus uinctos aut seruitio.

97 SIGNA DVCIS Marii scilicet. NISI QVI SCELERVM IAM F·V· honorem sceleribus atquirebant.

98 PRO FATA exclamatio cum horrore. Virgilius 'quis cladem illius noctis, quis funera fando *explicet*'.

100 QVANTOQ· GRADV passu.

102 ET ANVLLO REVOCATVM | EST P · F · nulli parcitum est.

103 STAT CRVOR IN T· horrent.

104 NVLLI SVA PROFVIT AETAS nullum nec nobilitas nec nomen ciuis tuebatur, siue a nulla aetate uel sexu reuocatur ferrum.

107 INFANTIS MISERI N · R· F · zeugma: non piguit.

108 CRIMINE QVO PARVI C · P · M · ἐρώτησις.

109 SED SATIS EST IAM POSSE M· non est parum spiritum tolli. ut causa occidendi esset, quo*d* erat qui posset occidi. ⸢pro nocente habe*b*atur quisquis iam poterat mori.

110 ET VISVM LENTI QVAESISSE NOCENTEM lentus uidebatur qui tantum nocentem interficiebat, et contra fortis qui nulli parcebat.

111 INNVMERVM PARS MAGNA PERIT ut quoniam iam nobilis deerat qui periret et crudelitas cessare non poterat, etiam ignobilium hoc est de uulgo capita ferirentur. siue tantus occidebatur numerus *quantum* iusserat Marius. siue 'inumerum' sine numero. ⸢INNVMERVM PARS MAGNA P· ut uideretur Marius numerum potius adfectasse pereuntium quam nocentium poenam.

---

1 aut *C:* i· liberos quicunque ex seruili conditione ad eum se conferebant soluit. aut a *B* || uinctas *C. om B* || 2 aut a *B* || 2—4 *breuius il B* || 4 adquirebant *B* || 5 pro feta *C* pro *B* || horrore · et est interiectio dolentis *B* || *Verg. Aen. II* 361 || 6 fando·e· *C* fando *B* || 7 *om B* || 8 paretum *C* || 9 est] est. nobili cum plebeio pereunte *etc. B* || 10 I·N·T· *C* || i· habundat uel horret *B* || 11 sua (*ex* —i?) *corr C* || nullum *om B* || nobilitatis nomen nec ciuis utebatur *B* || 12 secu *C* secło *B* || 14 zeuma a supeř. non illum *B* || 15 erotesis *C om B paraphrasim exhibens* || 16 etiam *C* || 17 tolle *B* || necendi (?) *pr B* || quo *CB* || 18 et pro *B* || habeatur *CB* || qui iam non *B* || 19 lenius et ignauius putabatur qui *B* || 20 et . . . 21 parcebat *C:* nisi insuper innocentem et ipse fortis F·L////// *B* || 22 ut *om B* || Qm̃ nobilitas deerat et *B* || 23 cessere *C* || 25 ut iusserat *B* || Marius . . sine] uel sine *B* || 27 marius pł̃s affectasse numerum *B* || 28 penam marius *B*.

113 DVM VACVA PVDET IRE MANV exaggerabat crudelitatem scelere placiturus.

114 OSCVLA POLLVTAE F·T·D· (ut) cui osculandam praeberet dexteram seruaretur, praeceperat Marius suis.

115 MILLE LICET GLADI M·N·S·S· apostrophe '(o) degener populus'.

116 DEGENER O POPVLVS qui pro breui uita scelera admiseris, cum uix decorum esset, si hoc pro longissimis temporibus faceres. DEGENER O POPVLVS oblitus dignitatis suae. VIX SECVLA LONGA DECORVM S·M·V· (quia) quos osculo manus suae seruauerat Marius, Silla deleuit.

25ᵘ 118 ET VITAM DVM | SILLA REDIT occiderat enim Silla quos seruauerat Marius. CVI FVNERA VVLGI F·V· cum nobilium multitudinem flere non uacet.

119 VIX TE SPARSVM PERVISCERA BEBI Baebius Tamphilus Syllanus a Terentio quodam proditus per milites iussu Mari de domo extractus est *et* discerptus. nam cum ei deessent uires ad sequendum — senex enim *erat* — rapto celerius trahebatur potius quam quod ibat. quare consumptus inter manus, cum alii oculos effodissent alii brachia, ultimi caput auellerent, periit.

VIX TE SPARSVM PERVISCERA BEBI: uix te Baebi flere uacat, inter innumeras manus carpentis coronae membra (tua) discessisse.

120 INNVMERAS INTERCARPENTIS M·C. 'intercarpentis' una pars orationis est.

---

1 dum] ð Ua (d *rubro*) *C* || & aggerabat *C* hoc agebat *B* || 2 scelera *C* || placaturus *B* || 4 se uer&ur *C* || preceperat . . . suis *C*: *om B* || 5 cladim *C* || apostrę pe *C* Apostropha *B* || 8 hoc *om B* || longis simistim poribus *C* || 10 suae *CB. fort.* tuae || 10 quos Marius seruauit o·m·s· silla occidit. Truncos fecit et laceravit *B* || 12—13 Mar. *om B* || 14 nobilium *B* nobiū *C* || 15 staphił *B* sta filius *C. cf.* TAMPHILVS *fastorum Cap. et al. a.* 572. 573 pamphilum *librorum Cic. or. Phil. V* 10, 27 || 16 sylanus *C* || proditur. et per *B* || 17 marii (de domo *om*) *B* || et *om CB* || decerptus *C* || nam *C:* quia *B* || 18 decent *pr B* || senex . . . . 19 trahebatur *B*: rapto celerius. senex enim trahebatur *C* || 19 quam iret *B* || 20 bracia *C* || 21 ultimi *C:* non nulli *B* || Periit ita tamen. ut ante oculorum effossionem omnia membra sua uideret amputata *B* || 22 tebebis *C* || 23 coronae carpentis membra tua *B* || 24 dicessesse *pr C* || 25 c·] E· *C* || 25 inter *C* — 26 *om B.*

121 AVT TE PRESAGE MALORVM ANTONI Marcus Antonius censorius orator et augur in senatu suadebat ut Marius et Silla arma deponerent. sentiens itaque se posse interfici Antonius in cuiusdam pauperculae cella delituit. qui per puerum cauponi proditur, *per* cauponem uero militibus. quo cum pergerent milites, oratione ad eos magnifica usus est adeo ut inperfecto negotio discederent. reliqui uero expertes eius orationis ascenderunt et caput eius in conuiuium Marii pertulerunt. cuius linguam fertur Marius grafio idemtidem uulnerasse. hic est Antonius Antoniorum pater magister Ciceronis.

123 FESTE MENSE quoniam kalendis ianuariis occisus est. RORANTIA recentia.

124 TRVNCOS LACERAVIT FIMBRIA CRASSOS lacerando truncos fecit. FIMBRIA Flauius Fimbria Cinnanus a Gaio Mario missus Crassos patrem et filium eius a uiculo Volaterris quo confugerant retraxit et occidit.

125 SEVA TRIBVNICIO MADVERVNT ROBORA T· Marius Caelium tribunum plebi Sillanum de Tarpeio saxo praeci- 26
pitauit, cum sit ipsis tribunis plebi permissum quosque merentes illo saxo praecipitare. Sextus Lucilius anni superioris tribunus plebi qui petulanter *in* Marium inuectus erat, post *a* sodalitate fili eius in simulatam amicitiam receptus est. qui iussus kalendis ianuariis ad gratulandum in Capitolium uenire quo die auspicato laeta omnia ominari et pre-

---

2—5 militibus *C: suo arbitrio mutauit B* || 2 censorinus *CB* || 3 possi *C* || 5 proditus. cauponem uermilitibus *C* proditur·s; et per cauponem proditur militibus· *B* || 6 Quod *pr B* || orationes *C* || 7 descenderint *C* discesserint *B* || 9 pertullerunt *C* detulerunt *B* || cuius . . . grafio pertudisse *il B* || 11 magister ciceronis *post* 2 'augur fuit et orator' *B* || 12—13 *om B* || 13 Recencia *C* || 14 cassos *C* || 15 fluuius *C* Fuluius *B* || cinnanus *om B* || 16 patr̄ *C* || filium . . . uiculo *B* filiumei· aniculo *C* || uel aterris *B* || 19 celiū tribunum ·i· sillanum *B cf. Cassius Dio XXXVI* 102, 15 *ὁ υἱὸς Μαρίου δήμαρχόν τινα αὐθεντείᾳ ἀποκτείνας τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τοῖς ὑπάτοις ἔπεμψε καὶ ἄλλον ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίῳ κατεκρήμνισεν* || precipitauit *itemque p.* 58, 1 *et* 3 pre— *C* || 20 tribuni *C* || pleni *C* plebis *B* || 21 'Sext. Lucilium qui in priore anno tribunus plebis fuerat' *Vell. II* 24, 2 *Σέξτον τινὰ Λουκίνον Plut. u. Mar.* 45 'Sex. Licinium senatorem' *Liui perioch. l.* 80 *p.* 79, 3 *O. I.* || anno superiori *ante* qui *B* || 22 tribunum *C* || plebis *B* || qui qui *C* || in *om CB* || marium·uicerat *B* || 23 post sodalitatem fili *C* post a filiis *B* || amititiam est rec. *B* || 24 ius sis *C* || kal·ian·] et uel ianuarias *B* || 25 leta *B* || ominari *om B* || praecari *B*.

cari fas erat, iussu Marii patris de robore praecipitatus est. Est autem 'robur' tigillum adfixum saxo Tarpeio ac rupi Capitolinae uncinis ferreis infixum quo praecipitatorum corpora excipiuntur.

126 TE QVOQ· NECLECTVM VIOLATAE SC· D · Mucium Sc*a*euolam pontificem milites iussu Marii in templo Vest*ae* interfecerunt.

127 ANTE IPSVM PENITRALE DEAE ne dis honos esset.

131 OMNIA PASSO QVE P·F·P·A·OM·V·Q·M· nihil in illum fortuna mediocre contulerat, siue cum secunda illi faueret, siue cum irasceretur aduersa.

132 QVAE PEIOR FORTVNA POTEST deest 'inferre'. ATQVE OMNIBVS VSO QVAE MELIOR deest 'dare potest'.

134 IAM QVOD APVT SACRI C·C·P· 'Sacri portum' locus inter Circeium et Laure*n*tinum agrum in quo Silla Marium adulescentem pro*e*lio superauit et in fugam Praeneste conpulit eumque obsideri iussit et ipse urbem occupauit.

133 MENSOQVE HOMINIS Q·F·P· ab illo libratum est quantum boni uel mali posset mortalibus fortuna conferre.

134 SACRI CECIDERE CADAVERA POR*T*VM Sacri portum dicunt quidam fuisse Laurentum. ⟦ Sacri portus locus est in urbe ubi Gaius Marius superatus a Quinto Lucretio
26ᵘ Afel/a con|fugit et uulneratus a Pontio Tullo per cuniculum effugit Praeneste.

135 AVT COLLINA TVLIT STRATAS Q·P·CATERVAS aput portam Collinam Pontium Telesinum Mari*an*um Silla uicit *et* exercitum eius in deditionem accepit.

---

2 tarquinio *B* || acripae *C* agrippe *B. fort.* — Tarpeio arcis Cap. || 5 TE] NEC *C* || SC·] ST· *C* || Muscium *C* mutium *B* || 6 pontifices similites *C:* pontificem *B* || iussum arii *C* || 7 interfeceř *ante* in *B qui praeterea fabulosum Scaeuolam huc refert* || 8 *om B* || Necdis *C* || 9 AO·M·V· *C* || 10 in illo *C:* N (= enim) illi *B* || contulit *B* || 11 faber& *C* || seu *B* || 12 deest *C:* S· *B* || 13 *om B* || 14 sacri c·] gacrio *C* || 14—17 *C*: Sac̄portus unum nomen est Si quidem dicant ubi silla marium uertentem superauit *B* || 15 circeium (*aut* urceium) & labertinum *C littori locus adscribitur, inter Signiam situs et Praeneste cf. Plut. Sull.* 28 *cum App. b. c. I* 87 || 17 eum·q·obsideri/// *C* || 20 cadauer eporum *C* || 21 quidam laurentum fuisse dicunt *B* || quidem *C* || portus *C* portus ut alii uolunt *B* || 22 garius *C* || 23 *sq. haec mutila in fallacem speciem concinnata sunt* || 23 apela *C* apulia *B*. Ofellam *Graeci,* Af(f)ellam *uel* Asellam *Latinorum scrr. omnium codices dicunt* || uulneratur *C* || tullo *C* tullio *B* || 25 tullit *C* || 27 portam Collinam *om B* || marium *CB* || 27 et *B: om C.*

136 TVNC CVM PENE CAPVT MVNDI R·Q·P·M·T·L· cum Cinna tripertito agmine urbem inuasisset, suo, Marii et Ponti Telesini Samnitis, Telesinus promittebat ciuibus suis cum quibus in auxilium uenerat, quo fortius dimicarent, se imperium Romanorum ad illos translaturum. hic cum uellet portam Collinam effringere, ictu saxi periit.

137 ROMANAQ·SAMNIS V·C·S·V·F· ordo: Romana uulnera sperauit Samnis ultra Caudinas furcas. est autem Caudium oppidum Samnitum ubi Romani uicti sunt et sub iugum missi. ⁋ VLTRA CAVDINAS S·V·F· Caudium oppidum Samnitum. quod ibi uicti Romani sub iugum missi et exuti armis cum singulis tunicis dimissi a Pontio duce Samnitum, a quo hic originem trahebat.

141 AVSIT ebibit, consumpsit.

142 ET SECVTA EST manus scilicet.

147 SED FECIT SIBI QVISQ· NEFAS in occassione Syllae multi committebant scelera.

148 INFANDVM DOMINI PER VISCERA FERRVM quoniam praemium seruis promiserat, si proscriptum dominum occidissent. INFANDVM DOMINI PER V·F·E·F· non quidem certam personam ostendit sed tantam licentiam fuisse inducit ut non dubitaret seruus extinguere dominum. tamen potest hoc de Mario iuniore dictum intelligi qui a seruo suo occisus est cum per cuniculum Praenestinae ciuitatis uellet euadere. 27

149 NATI MADVERE PATERNO S· siue ut Syllanum se fingeret ut uiueret, siue ne si pater ab alio necaretur, bona eius ipse non caperet.

---

1 TVNC] Iam cum pene caput mundi R·Q·F· Tunc *C* || mundir. *C* || 2 cinna cum *B* || 'tripertitum agmen' *anni IOCLXVII cum tribus exercitibus Carbonis Marii Pontii a. IOCLXXII confundi uidetur* || inuasisse *B* || 3 pontiteles Ini *C* pontini et telesini *B* || sammitis *C* || promitebat *C* || 4 quo *C:* ut si *B* || se *ante* ad *B* || 5 translatorum *C* || 6 ictus axi *C* || *inepta subiungit B* || 7 C·S·V·] E·S·E· *C* || 7—10 *om B* || 7 romanus *C* || 8 fureas *C* || 10 V·] C· *C* || 11 quod ibi *C:* ubi *B* || romani uicti s̄ et sub *B* || & excuti *C:* sub quibus transiliant ·i· sub hasta · atque exuti *B* || 12 missi *B* || 14 interfecit *ante* ebibit *add B* || 15 *C:* marianos *B* || 16 occassionę *C* occasione *B* || sillae *C* || 17 com mitebant *C* || 18—25] tantam (21) . . . 22 dn̄m · quem (18) . . . occidissent · tamen (22) . . . euadere *B* || 18 quem *B* (?) || 19 proscritum domini *C* || 20 non . . . 21 sed *om B* || 21 dicit fuisse licentiam · ut *B* || 22 extingere *B* || praeter h̄ de *B* || 23 intelligi dictum *B* || 26 natim · Aduere *C* || sillanum *C* || 27 ut uiuere posset *B* || siue ne] utsibene *C* siue ut *B* || 28 ipse bona eius *B*.

150 CERTATVM EST CVI CERVIX CAESA P·C· 'caesa' caedenda. 'cederet' eueniret, obtingeret, ut

'cesserit Ausonio si fors *uictoria* Turno'.

151 IN FRATRVM CECIDERVNT P· FRATRES 'praemia' illa dicit quae Silla se daturum promiserat pro relatis sibi capitibus proscriptorum. significat autem Domitium qui occiso fratre Domitio agros eius pro praemio inuasit.

152 BVSTA REPLETA FVGA quoniam Silla pr*a*eceperat non debere interfectorum cadauera sepeliri.

153 LATEBRAE FERARVM siluae uel cubilia.

154 HIC LAQVEO FAVCES Ouidius

'pars animas laqueo claudunt mortisque timorem
morte fugant ultroque uocant uenientia fata'.

[o] formidinis insan*ia* cupiditas altera mortis: *q*uia nescit uiuere, formidinem fugat miser, mortem retinet. sed de bonitate mortis humanum sumat*ur* exemplum. inter huius calamitatis diuersos interitus quamuis *fugi*atur hostis, tamen ubique mors sola diligitur: praebet auxilium quae timetur. fit *sa*epe in necessitatibus auxilium summu*m* formidinis. nam uidete, quam sit mortis dulce praesidium ciui cuiŭs nascitur de uita contentio.

157 HIC ROBVRA BVSTI EXTRVIT I· S· ipse rogi sui ignes parabat, ut sibi raperet sepulturam quam negauerat Silla.

161 COGNOSCITVR ILLIC Q·V·I· urbis clades in numero capitum noscebatur.

---

1 Cer tantum *C* || 2 cedenda caeder& *C.* caedend *B* || contingeret eueniret. Vt illut · cesserit *B* || *Verg. Aen. XII* 183 || 3 fors iuturno *B* || 4 Caciderunt *C* || 5 illa] autem illa *B* || 6 signif. . . 7 *uariata ter exhibet B* || 6 domitium B^2 domicium B^1 (B^3) || 7 Domitio *om B* || proemio *C* || 8 ruga *C* || Dum se absconderent fugientes in sepulchris mortuorum. siue qꝫ ille ceperat interfectorum corpora sepelire *B* || 10 feramus · *C* || cub. uel syluę *B* || 11 *Ou. met. VII* 604 *sq.* || 12 olaudunt *C* || 13 mortem *C* || 14 O *B* ꝺ *rubro C. neutrum intellego, incerta mihi etiam quae secuntur. ad sententiam cf. Lucr. III* 79 *sqq. Senecae ep.* 24, 23 || insana *CB: em. A. Kiesslingius* || uia *CB* || 15 habere *CB* || fugant *C* fugantem *B* || miseri *CB* || 16 *an* hum. genus sumat — inter . . . interitus. || sumat *CB* || Inter *B* || 17 quam uigiatur *C. plene B* || 18 sola *om B* || qui&imetur fit epe *C* quieti metus · et saepe *B* || 19 summa *C* sumit *B* || 21 ciui] cuius *C om B* || deuia *C* || 22 Dum semet ipsos peremerunt *ante* ipse *addit B* || 23 parat *B* || sibi *om B* || ille negauerat *B* || 24 illa *C* ille *B* || 25 I·] P· *C* || 26 noscebantur *B.*

163 BISTONI STABVLIS PENDERE T· 'Bistonii tyranni' Diomedis Thracii qui equis suis [homines uel] hospites subiciebat in pastum. Biston autem est ciuitas Thraciae.

165 IAM LACEROS | ARTVS PISEA FLEVIT I·A· Pisa urbs 27ᵘ in qua Oenomaus regnauit. hic equos habuit miraе uelocitatis. qui Hippodamiae filiae nuptias hac lege promiserat, si quis se equorum certamine superasset, ut haberet: uictos plurimos interficiebat. ad huius puellae petitionem Pelobs Tantali filius uenit haec et ipse certamina subiturus. huius amore uirgo capta, ne simili exemplo priorum procorum iuuenis interiret, fraude Mirtili aurigae patrem adfecit. nam dicitur rotis euolutis et emissa axi esse Oenomaum superatum.

166 CVM IAM TABE FLVVNT aut capita aut corpora aut quod superius dixit 'colla ducum.'

167 AMISSERE NOTAS signa.

168 PAVIDO S· C· FVRTO pro 'ipsi pauidi'.

169 MEQVE IPSVM MEMINI senis uerba qui a summo coepit.

170 ROGO CVPIDVM cupidum rogo uetitisque flammis fratris ora inponere.

171 SILLANE PACIS εἰρωνικῶς aut quoniam Silla postea iussit incendi.

173 QVID SANQVINE MANIS PLACATOS C· R· Marcus Marius Gratidianus filius sororis Gai Marii a Mario mortem inimici Catuli postulauit. Catulus ne in manus Marii ueniret

---

1 Bistonis tabula *C* || Ligurgus rex traciae. capita interfectorum in stabulis suis pendere. ut timorem aliis incuteret. Tracia autem uocata est Bistonia a quodam rege Bistonio. unde dicit bistonii tyranni. Siue *praemittit B* || bystonii *C* || tiranni *B* || 2 traciae *B* || aequis *C* || hom. uel hosp. *om B* || sucipiebat *B* || 3 pastu *CB cf. ad p.* 51, 1 || est *om B* || tratiae *C* || 4 Pise *B* || urbis *C* || 5 Inamaus *C* enemaus *B* || aequos *C* || 6 hypdamiae *B* || 7 si *C:* ut si *B* || aequorum *C* || ut *C:* eam *B. fort.* superasset, ei ut nuberet || 8 ploebs *C* pelops *B* || 9 eius *B* || 10 capta uirgo *B* || capita *C* || 11 iub& (N *sscr*) *C* iuberetur *B* || interire fraudem miltili *B* || auricae *C* || affecit *B* || 12 rotisedonis et emissa ac sicesse · *C:* rotis factis ex cera remissis *B* || Inomaum *CB* || 14—15 *similiter B* || 15 collam *C* · *Luc. II* 160 || 16 motas *C* || quibus se cognosci possent *add B* || 17 ipsi *B* ipsis *C* || 18 meminis· *C* || qui . . . 23 *om B* || 20 flammas *pr C* || 22 aut ironicos qm̃ *C* || 24 plagatos *C* || 24—*p.* 62, 13 *ut primo a me conatu constituta erant tumultuaria opera edidi mus. Rhen. XVIIII p.* 148 || 26 ne in] nem *C* ne *B* || marii *B* catuli *C* || inueniret · pugno (timore marii fumo se calcis necauit *alibi*) *B.*

fumo se necauit. post Catulus minor eius filius a Silla petiit, ut mortem patris de Mari uindicaret interitu. abductus ad tumulum Catuli Marius Gratidianus trans Tiberim interfectus est membratimque discerptus. de quo Salustius historiarum libro primo ita locutus est 'qui per singulos artus expiraret'. ⁊ QVID SANGVINE MANES PLACATOS C · R · Quintus Catulus partium Sillanarum fuit, uir Claudiae. cum illi a Mario Gratidiano tribuno plebi Cinnano dies dicta esset ut eum cruci fige(ret, uoluntaria morte obiit. huius filius permittente Silla Ma)rium interfecit. Sunt qui dicant Catilinam iussu Sillae hunc | Marium Gratidianum uxoris suae fratrem ad tumulum Catuli occidisse. quasi sic placaret.

175 NOLENTIBVS VMBRIS Catuli.

176 PENDIT persoluit. NON FANDA PIACVLA sanguine scilicet humano.

179 NIL ANIME LOETALE D · Marii Gratidiani.

183 SPIRAMINA NARIS ADV· 'naris' pro 'nasi'. nares enim animalium dicimus.

184 ILLE CAVIS EVOLVIT S · OR · ut nullus inmunis esset a Mari morte.

186 VIX ERIT VLLA FIDES T·S·C·V·T·P·C·C· cui enim non mirum est, quod in uno capite nulla poena defuerit.

190 QVID PERDERE FRVCTVM hoc est sceleris.

193 AGNOSCENDVS ERAT poena erat agnosci.

194 CVNCTOS SIMVL ENSE R · Marius (adolescens) a

---

1 sillo *B* || 2 p&it *C* || marii *B* || meritu *B* || abductus *B* adductus *C* || 4 deco *C* || sallustius in *B. hist. I fr.* 35 *Kr.* || 5 libro *om B* || qui *om B.* ut *Sal.* || singulas artus *C* singula membra *B* || 6 expiraruit (it *ex corr.*) *C* expirauit. Item. *B* || 8 illi *om B* || brebis quodam die deductus esset *B* || ducta *C* || 9 truci *B* || fige|rium interfecit *C: plene B* || 10—12 *cf. Asconius p.* 84 *Or. et Cic. ibid. p.* 90, 17. *Q. Cicero de petit. cons.* 3, 10 || 11 catilina NAM iussus illę *C* catilina. Nam iussit ille *B* || cratidianum *et sim. u.* 17 *C* || 12 sui *B. hinc efficias priorem (an primam?) Catilinae uxorem Gratidiam fuisse. sed fictum hoc ab obtrectatoribus Catilinae esse uerissime Mommsenus me monuit cl. Cic. or. Cat. I* 6, 14, *Ascon. p.* 93. *accedit Q. Ciceronis l. s. silentium. ansam fortasse siue errori siue fictioni dedit quod Q. Cicero* 2, 9 *perhibet* 'Q. Caecilium sororis suae uirum .... suis manibus occidit' || occidere *B* | quasi] *fort.* PLACATOS quasi || 13 placer& *C* || 14 in catulo *B* || 16 uidelicet *B* || 18 A·V *C* || naris . . nasi *et* enim *om B* || prona. sinares *C* || 20 OR·] ꝰ *C* || 21 marii *B* || 22 C·V P CC· *C* || cui . . . 23 est *om B* || 24 uel laudem uictoriae *etc. addit B* || 25 pena *B.*

Silla fugatus Praeneste confugit, cuius ciuitatis coloni propter fidem Marii a Silla perierunt.

195 VNIVS POPVLVM PEREVNTEM T · M · ut simul singulos *populos* tam celeriter occideret quam solet unus occidi.

196 TVM FLOS HESPERIAE in legionibus aetas prima iuuentutis flos dicitur. ut Virgilius 'flos ueterum uirtusque uirum'.

197 ET MISERE MACVLAVIT OVILIA ROMAE 'ouilia' pro 'septis' dicit. septa autem sunt in campo Martio inclusa tabulatis, ubi stans populus suffragia ferebat. sed quoniam ouilibus similia sunt, pro se inuicem ponuntur. (septa pro ouilibus, ut) Virgilius 'quamuis multa meis exiret uictima septis *pinguis*'. ⟦OVILIA dicebantur, ubi singulae tribus conueniebant ferentes suffragia his qui dignitates petebant. ⟦ Ouilia locus in urbe Roma ex grege Euandri nominatus, ubi Romulus omnes pastores conuocatos factis comitiis armauit. MISERE MACVLAVIT O · R · Silla cum legiones Marianas ad ouilia conuocasset, qui locus est in campo Martio, iussit (omnes) occidi uariis sortibus poenarum, extructo sibi in campo | tribunali. 28u

199 SEPE FAMES PELAGIQ · F · † tytrobora morte. ubique 'fuit' *accipimus*. 21

201 DENSI VIX AGMINA VVLGI inter uiuorum mortuorumque cadauera Sillani inmissi uix poterant manus exerere.

203 VIX CEDE PERACTA nisi standi locus non fuerat.

206 VIVA GRAVES ELIDVNT CORPORA T · hic ostendit quem ad modum peragunt cadauera partem caedis.

---

3 ut singuli singulos tam *CB* || 4 occiderent *B* || quomodo *B* || occiditum; *C* || 5 est periae *pr C* || 6 flis *C* || *Verg. Aen. VIII* 500 || 8—20] Silla . . . tribunali (17—20). ouilia . . . ferebat. (8—10). ibi enim singulae (13) . . . . armauit (16). quia autem . . . . . hic. et miserae maculauit ouilia romae (10—13) *B* || 8 pro *C:* autem hic pro *B* || 9 posuit *B* || īndusa *C* || 10 Quia autem septa similia sunt ouilibus et ouilia septis pro *B* || 11 prosemuicem *C* || 12 *Verg. ecl.* 1, 33 || multam eis *C* || 13 P *rubro C. om B qui* ouilia pro septis sicut hic *addit* || ov· . . . ferentes *C:* Ibi enim singulae tribus conuenientes. ferebant *B* || dignitatem *C* || 15 autem est locus *B* || ex] ubi ex *C corr D* || 16 comitis *C* || 17 regiones *C* || 19 iussioccidi *C* || mortibus *CB. an scr.* artibus? || extructos ibi *C* || 21 tytrobora morte *C. om B. num* fuerunt mortifera?? || 22 accipimus *A: om CB* || 23 et mortuorumque *B* || 24 missi *B* || 25 stanti *B* || 27 que *C* || agunt *B* || cedis ·i· mortui uiuos occidebant. quando corpora mortuorum uiuos obruebant *B*.

207 INTREPIDVS non timens. TANTI SEDIT SECVRVS AB ALTO quoniam cum duas legiones praecepisset occidi, tribunal sibi iussit fieri, unde scelestum spectaculum probaret. AB ALTO tribunali.

209 NON TIMVIT IVSSISSE M · ne aut bellum Romanis aut ex ipsis corporibus lues oriretur.

210 TIRRENVS GVRGES a Tyrr*h*eno Telephi filio.

211 IN CORPORA SVMMI primorum scilicet, quoniam primi in aqua*m*, posteri in corpora ceciderunt.

212 PRAECIPITES HESERE R· eleganter, quoniam paulo post dicturus est 'ad molem stetit unda sequens': ante 'praecipites' nunc 'h*a*esere'. an PRAECIPITES currentes.

213 INTER RVPTVS AQVA F · P · A · I · A · ut mole cadentium corporum amnis diuideretur, et prior pars aquae seruaret colorem, secunda in sanguinem uerteretur.

215 CAMPVMQVE E · P · O · Martium scilicet.

216 TIBERINA IN FLVMINA fluenta.

217 HERENTIS ADIVVIT A · ut sanguine aucta aqua molem corporum supergrederetur. cadauera fecerant fluuio moram: sanguine eorum iter quaesitum est.

219 TANDEM TIRRENAS VIX ELVCTATVS I · V · ordo: alueus Tiberis posquam Tyrrenas in undas uix eluctatus exiit, torrenti sanguine c*a*eruleum aequor diuisit. ELVCTATVS alueus scilicet.

220 TORRENTI DIVIDIT AEQVOR colorem uis sanguinis
29 seruauit in mare. *ut Virgilius* 'arua noua | Neptunia c*a*ede rubescunt.'

221 HISNE SALVS RERVM ἐρώτησις. FELIX //IS SILLA VO-

---

1 non timemus *C*. *om B* || 2 precepisset *C* || 3 iussit sibi tr. parari *B* || 4 *om B* || 5 ne *C:* ut *B* || 7 a *C:* i· tiberis fluens in tyrrenum mare. uel a *B* || tyrrino *C* || thelephi *B* telefi *C* || 8 quoniam *C:* i· qui posteri in tiberim missi sunt. hii supra corpora iam ueniunt. quia fluuium cadauere repleuerunt. et *B* || 9 aqua *CB* || ceciderunt *B* || 11 steti nundase quens *C* || 12 ceserean *C* heserunt *B* || ueloces *B* || 14 et *B* ut *C* || seruauer& *C* || 15 sanguine *B* || 16 E·] F· *C* || 17 *om B* || 18 aiuuit *C* || i· Multitudo sanguinis effusi iuncta fluuio. fecit sibi iter. et emisit cum impetu cadauera. ut *B* || 19 fubio *C* || 20 inter quae situm est *C* qui interfecti sunt *B* || 22 postquam *B* || tirrenas *C* || 23 exit *corr B* || equor *B* || 24 *om B* || 26 ut . . . 27 *om B* || *Verg. Aen. VIII* 695 || NEPOTUNIA cete *C* || 28 erotesis *C* Prochesis ·i· percontatio *B* || Felixissa *C*.

CARI quoniam 'Felicem' se iusserat appellari. FELIX HIS SVLLA V· sceleribus.

225 QVAMQVAM AGITANT GRAVIORA METVS plus enim timere quam perpeti.

226 MAIORE IN PROELIA DAMNO ordo: multum maiore damno humani generis coitur in proelia. MAIORE DAMNO quam experti sumus.

227 EXVLIBVS MARIS patri et filio. BELLORVM MAXIMA MERCES R· R· F· ut sibi redderet Romam.

230 OLIMQVE POTENTES CONCVRRVNT ordo: olimque potentes concurrunt ciuilia bella mouere, neuter contentus quod Sylla fuit. sensus: ut hi pro dictatura uel consulatu dimicarent ut Silla et Marius, non pro imperio. NEVTER CIVILIA BELLA MOVERET Caesar*em* et Pompeium multo quam Silla*m* imperii auaros fuisse dicit, adeo ut non essent contenti eas terras obtinere quas Silla, sed amplius sibi asciscer*ent*, quod confirmat primo libro dicens

'tunc longos iungere fines
agrorum et quondam *duro* sulcata Camilli
uomere *et antiquos Curiorum passa ligones*
longa sub ignotis extendere rura colonis';

uel certe neuter contentus dominationem deponere, quod Silla fecit. Si contenti essent, inquid, potentia quam habuit Silla post dominationem, bella ciuilia non mouissent. talem enim potentiam habuerunt ante bellum qualem ille post dominationem.

234 AT NON MAGNANIMI PERCVSSIT PECTORA BRVTI T· solus Brutus hos exitus non timebat. hic post bellum ciuile cum Cassio Caesarem in senatu occidit. AT NON MAGNANIMI

1—2] Felicem sui milites dicebant syllam et saluatorem rerum. hisque se felicem iusserat appellari. atque in campo martio tumulum sibi fieri iussit *B* || 1 is *pr C* || 2 salla *C* || 3—6 proelia *om B* || 3 menis *C* || plenus *C* || 5 proelii *C* || multorum *C* || 7 exerpti *B* || 8 patre *B corr C* petre *pr C* || uel militibus marianis *add B* || 9 R·C·P· *C* || 8—9 *om B* || 10 olim *B* || 12 syilla *C* || fuit ·i· ut hii *B* || ł consulatu *ante* ut *B* || 13 dimicaret *C* || et *B* uel *C* || 14—15 adeo] et dicit eos auaros fuisse imperii adeo *B* || 15 contenci *C* || 16 adsciscere *B* ascire *in ras. C* || 17 in primo *B. I* 167 *sq.* || 19 duro *om CB* || 20—22 uomere camilli et rłq. ł certe *B* || 20 *sq.* EIC·P·L·L·S·I·E R·C· *C* || 22 dep. dom. *B* || deporere *pr C* || 23 inquit *B* || 24 mouerent *B* || 25 inpotentiam *CB* || 27 peotora *C* || 28 hoc *C* || non tim. hos exitus qui fuit nepos catonis. Hic *B* || 29 casio *C* || occidit *C:* interfecit in

PERCVSSIT PECTORA BRVTI TERROR Marcum Iunium Brutum ait, qui inter alia quoque opera scripsit Laudes Catonis. 29u hic [Portiae] Catonis sororis filius idemque | gener Catonis, qui Caesarem occidit in curia. hic in Philippis campis [Pharsaliae] se occidendum praebuit, cum ab Augusto partes eius essent uictae. [porro Caesar auunculus erat Atiae matris Augusti Octauiani.]

236 PARS POPVLI LVGENTIS E· quamuis esset pars lugentis populi, non tamen terrebatur.

237 PARRASIS OBLIQVOS E·c·V·A· Parrasos urbs Arcadiae, unde Calisto quae septemtrionalem circulum habet. significat autem mediam noctem. ELICE nominatiuus graecus.

238 PATRIA COGNATI PVLSAT NON AMPLA CATONIS quoniam Seruilia soror Catonis mater fuit Bruti. 'cognatos' enim dicimus filios sororum. NON AMPLA modica utpote philosophi.

240 CVNCTISQVE TIMENTEM SECVRVMQVE SVI secundum Stoicos qui dicunt uitam contemnendam esse pro laude pulcrumque esse inpendere gloriae quicquid te scias debere naturae. Virgilius 'uitamque uolunt pro laude pacisci'.

242 OMNIBVS EXPVLSE TERRIS ordo: omnibus terris (olim) expulsae et fugatae uirtutis o sola fides Cato. ut intelligatur enim qualis antea uirtus fuerit, tu fidem praebes. quae uirtus omnibus terris expulsa est. (ut) illud Virgilii

'extrema per illos
Iustitia excedens terris uestigia fecit'.

OLIMQ· FVGATE VIRTVTIS animae continentiam dicit, non corporis fortitudinem.

---

ultione pompeii *B* || 1 ternor *C* || Dictus est autem marcus. iunius brutus· qui *B* || 2 quoque *om B* || 3 hic . . . 4 curia *om B* || portia *C: immo* Seruiliae. *casus glossema arguere uidetur* || 4 curiam *C* || philipphis *C. de forma cf. p.* 46, 8 || 5 fersaliae *C. ante* campis *B. eadem origine qua* portia || augusto octauiano *B* || 6 porro . . 7 *om B. inclusi aliena ab h. l.* || uti aematris *C* || 8 par·p·l. *sic B* || 9 terrebat *B* || 10 paraso *C* || archadiae *B* || 11 calisto *CB* || septentr— *C* || 12 *om B* || 15 mator *C* || cognatos . . . 21 *om B* || 17 filophi *C* || 19 histoicos *C* contemnendum *C* || *an* prae? || 20 gloriaei· *C* || 21 *Verg. Aen. V* 230 || 22 terris] terris olim quefugate. omnibus expulse terris *C* || 23 i·cato *B* || 24 enim *om B* || uirtus om *B* || fide praebesq̃; *B* || 25 *Verg. ge. II* 473 *sq.* || 26 per omnes *B* || 27 iusticia *C* || 29 fortitudinem *om B.*

247 DVX BRVTO CATO SOLVS ERIT exemplo tuo militabo. PACEMNE TVERIS (frueris uel defendis. id est siue in pace manseris siue bellis miscearis, te solum sequar).

249 *DVCIBVS* SCELERVM bene 'scelerum', non 'bellorum'.

250 CLADIB · INMIXTVM CIVILE ABSOLVERE *B* · ut si tibi placuerit arma sequi, non habeant crimen bella ciuilia tua sententia conprobata. (quasi esset) defensio ad bella uenientium, si idem fecisse probetur et Cato.

251 QVEMQ · SVAE RAPIVNT S · I · | P · C · id est ut non uindicandae libertatis gratia dimicent sed ut scelera sua inpunita habeant quasi bellis absoluti.

252 HOS POLLVTA D · zeugma: rapit (in proelia). LEGESQVE IN PACE *T* · quia propter homicidium uel cuiuslibet admissum uindictae (timentur). et enumerat omnium causas qui bella ciuilia comitantur, uel iustas propter odium uel propter scelera necessarias.

253 FVGIENDA FAMES egestas. et est zeugma: rapit.

254 PROMISCENDA FIDES debitum abiuratum. NVLLVM FVROR E · I · A · sed causa uel crimen.

255 CASTRA PETVNT MAGNA VICTI MERCEDE merces erat sceleratis ad bella confugere, ne in pace legibus punirentur. TRIBVNI tribuni Curio, Antonius et Cassius.

256 PER SE BELLA PLACENT si tamen placuerint, pugnabis non aliqua causa, sed solo amore bellorum ciuilium. QVID TOT DVRARE PERANNOS deest 'tibi': quid profuit solum incorruptum corruptos mores horruisse? et subintellegimus: si ad bellum animus inclinauerit.

259 ACCIPIENT ALIOS FACIVNT TE B · N · supra enim ostendit magis sceleratos ad hæc bella properasse. ACCIPIENT ALIOS deest 'quod'.

---

1 tui imilitabo *B* || 1—3 netu leris scelerum · *C: suppleui ex B* || 5 Claudib; *C* || 6 placuer̃ *B* || sequi *B* sectri *C* || 7 conbrobata *pr C* || defensio *om B* || 9 c·i· Ut *C* || uindicande *C* || 12 Has pollutadi *C* || zeuma *C:* s. *B* || praelia *B* || 13 q: *C* quae *B* || cuiusl. *fort. ádd.* sceleris || admissu *C* || uindictae *om B* || 15 commutantur *C. an* committant || 16 nec. *post* uel *B* || 17 *similia il B* || 18 istorum abi. d. *B* || diuitum *C* || 19 sed *om B* || 20 Crastra *C* || 21 scelerum *B* || 22 tribuni *C:* Multi castra caesaris petier̃ ut *B* || atque *B* || 25 deest *om B* || quid tibi *B* || 26 corruptum *B* || more *C* || horruisse s·si *B* || 27 animos *CB* || inclenauerit *C* inclinaueris. Quia multi trahuntur ad bella per fidem quam promiserunt *B* || 28 t·eii (b?) a· *C* || enim *om B* || 29 sceleratis magis *B* || haec *om B* || 30 *om B.*

261 HAS ETIAM MOVISSE M· ut maius nefas sit Catonem interesse, quam ipsa bella tractari.

263 NE TANTA INCASSVM V· E· in Catone. INGERET OMNIS SE BELLI FORTVNA T· unus quisque ad solacium interitus Catonis se telo perire iactabit. ut est 'nomen tamen *h*aut leue patrum manibus hoc referes'.

264 QVIS NOLLET INISTO E· M· deest 'nam'.

267 SICVT CAELESTIA SEMPER uirtus morum tuorum cum astrorum lege contendat.

272 MINIMA RERVM DISCORDIA TVRBAT ut est populus Romanus. MINIMA terrena, MAGNA | caelestia. 30ᵘ

273 PACEM MAGNA TENENT ut es tu.

274 TANTVM VENISSE I· P· CIVEM Catonem.

275 NAM PRAELATA SVIS N· D· D· laetabitur, inquid, Caesar, quod uenias ad bella ciuilia, nec dolebit praelata partibus suis arma Pompei.

276 NIMIVM PLACET IPSE· C· (Caesar) ut auctor belli.

277 PARS MAGNA SENATVS sollicitant, inquid, nos senatus consul et proceres alii, quod quasi omnes sub Pompeium esse uideantur.

281 SOLVS CAESAR ERIT accedente Catone partibus Pompei solus sibi Caesar uidebitur liber. LEGIBVS AEVI FERRE IVVAT PATRIIS secundum Epicureos.

283 NVNC NEQVE POMPEI BRVTVM NEQVE CAESARIS H· nec Pompei nec Caesaris hostem se ait esse, sed futurum eius hostem qui uicerit. NEQVE CAESARIS H· innocentia*e* est quod bellis non uult interesse ciuilibus, uirtutis quod se spondet uictoris inimicum. cuius promissi fides extitit. nam post ciuile bellum uictorem Caesarem in curia Brutus occidit.

---

1 hac *C* || marius *pr C* || catonem catonem *C* || 2 tractari *in ras. C* tractare *B* || ꝫ *om B* || E·] F· *C* || 4 on inis *et* fortina *C* || solatium *B* || 5 telo se *B* || iactauit *C* || *Verg. Aen. XI* 688 *sq.* || 6 aut *CB* || leua *B* || 7 *om B* || 9 contendit *B* || 10—13 *om B* || 14 N·] α *C* || inquod *C* inquit *B* || 15 proelata *C* pro relata *B* || 16 pompeii *B* || 17 Nemium *C* || 18 sollicitat *C* || inquit *B* || 19 aliquod *C* || quas *B* || pompeio *B* || 21—23 *om B* || 21 accendente *C* || 23 epieureos *C* || 24 caesarisunt·b· *C* || 25 NEO *C* || pompeii *B* || cesaris *C* || esse ait·s; eius qui *B* || 26 Innocentiaest *B* Innocenti est *B* || 28 sponte de *B* || huius *B* || 29 nam *B:* NON *C* || uictorum *C* || senatu occidit brutus *B*.

286 SVMMVM BRVTE NEFAS CIVILIA B · F · summum nefas fatemur esse bella ciuilia, *s*et sequimur.

287 VIRTVS SECVRA 'animum lucis contemptorem' secundum Stoicos dixit.

289 MVNDVMQ· VELIT S· C· ἀντὶ τοῦ tantam urbem.

290 EXPERS alienus (a metu).

QVIS CVM RVAT ARDVVS A · elegans metaphora, tamquam mundus Roma sit, sidera Romani.

295 PROCVL HVNC ARCÆTE FVROREM furor est non furere in periculo ciuitatis.

296 MOTVRA DAHAS Roma scilicet.

297 SECVRO ME ROMA CADAT ordo: ut securo. CEV MORTE PARENTEM N · O · bene patri conparatur. alibi 'urbi pater est'. 299 IVVAT IGNIBVS ATRIS funebribus.

301 IPSVM ATRAS TENVISSE | FACES funebres.

302 TVVMQ· NOMEN LIBERTAS quia nunc libertas inanis umbra.

303 ET INANEM PERSEQVAR VMBRAM quoniam sub Silla et Mario uera libertas perierat. VMBRAM libertatis.

304 ROMANA PIACVLA DIVI 'piacula' proprie hostiae quae immolatae expiant deos.

305 NVLLO FRAVDEMVS SANG· B· etiam me polluto.

306 O VTINAM CAELIQVE DEIS EREBIQ · L · tamquam dis sine fatorum uoluntate nil liceat. et hoc secundum Stoicos qui omnia dicunt fato regi et semel constituta nec a numinibus posse mutari.

308 DEVOTVM HOSTILES DECIVM P · C · Decii pater et filius se pro patria obtulere dis manibus. pater Latino, filius Samnitum bello sanguine suo Romanis contulere uic-

---

1—2 *om B* || 3—4 *alio ordine B* || 3 'est animus lucis contemptor' *Verg. Aen. VIIII* 205 || lucis *om B* || 4 dicit *B* || 5 antitu *C* anne tu *B* || 7 metafora *C* || tanquam r. m. *B* || 9 arte *C* || non furore *C:* non *B* || 10 ciuitas *B* || 11 deas (h *sscr*) *C* || scil. *om B* || 12 mę *C* || 12—13 *om B* || 13 parentempno· *C* || conparat. quia pater est urbis *B* || alibi *Luc. II* 388 || 14—15 *om B* || 14 igneus *C* || 15 airas tenuisse frs *C* || 16 tuum nomenq: *C* || quia] quae *CB* || nunc *C:* est ipsa *B* || 18 per equa r *C* || qui sub *B* || 19 liberat *B* || 20 propriae *C* || 22 sano b; *C* || me *C:* nr̃o et me *B* || 23 L·] T· *C* || 25 fatori& (regi *sscr*) *C* || constituto *C* || 27 Deciiduo ·i· *B* || 28 se *om B h. l.* || 28—29 propatria bello se deuoueṛ diis suis. et sanguine *B*, *sed post* 29 uict.: Unus bello gallico · alter bello atheniensi · siue samnitum *B* || 29 conTulere (T *ex corr.*) *C*.

toriam. huius modi exemplo se quoque etiam Cato promittit.

311 EXCIPIAM MEDIVS T· V· F· ut sufficiat fortunae Catonem perisse pro patria.

313 QVICQVID ROMANI M· PENDERE et 'cedere'.

314 AD IVGA CVR FACILES faciles ad servitium.

315 REGNA *P*· PERIVNT mercantur sibi bello dominum. (et) laboribus conparant ut sint serui. ME tuendae libertatis auctorem.

317 HIC DABIT HIC PACEM I· qui contra dominum reluctatur.

320 NEC SI FORTVNA FABEBIT nec si secundum Pompeium fortuna fecerit.

322 NON BENE inueniet enim hostem (in) Italia post Caesaris bellum, si noluerit publicam esse uictoriam. NON BENE CONPERTVM EST ordo (est): *nec* non bene conpertum est hunc quoque si fortuna fauebit totius ius sibi promittere mundi. id est: scio quidem et bene conpertum habeo hunc quoque id est Pompeium quem secor totius sibi mundi ius promittere, si uicerit. sed ideo me milite uincat, ne sibi se
31u uicisse putet. IDEO ME MILITE VINCAT | (ideo pro patria dimicabo, non pro Pompeio).

326 *PHOEBO G*· P· T· mane.

327 PVLSATAE SONVERE FORES Catonis.

328 ORTENSI MERENS INR· M· B· a rogo enim Hortensi ad Catonem reuersa est. MARTIA Philippi filia.

329 MELIORIS I· MARITI Catonis.

330 MOX VBI CONVBII PRAETIVM M· S· E· aput ueteres mos fuerat ut quisque susceptis quod libitum fuerat liberis

---

1 huius] Nam responsum est. a diis ut cuius partis princeps interficeretur in praelio. illi parti uictoria daretur. Tunc illi prouocantes hostes contra se interfecti sunt. huius *B* || modi *om B* || cato etiam *B* || 4 periisse *B* || 5 pendente *C* || aꝛ cernere mortes *B* || 6 adiugatur *C* || 7 regno *C* || Marcantur *C* || 8 cõparant *C* || sint] si *pr C* || metuendae *CB* || liber trans *C* || 9 auctorum *B* || 10 reluciatur *C* || 12 ne *C* || 15 *inepta add B* || 16 nec non] ñec *B* non *C* || 17 hun *B* || fabit *C* || 18 sibi *ante* ius *B* || 19 sequor *B* Cor (se *sscr*) *C* || 20 promitte *C* || ideo ne *B* || uinc& *et* uin cisse *C* || 21—23 militem uincat | P·T· *C* || 21 adeo *B* || 22 dimicato *B* || 23—24 *om B* (?) || 25 me nensinr·mi *C* || 26 filia (uxor *sscr*) philippi *B* || 27 *om B* || 28 S·E·] E·S *C* || 29 fuit *B* || esset *B* || liberis *om B*.

propter utilitatem ciuitatis alii uxorem suam traderet, ut illi filios procrearet. uel quoniam philosopho magnae sapientiae uiro Catoni contempnenda libido fuerat, susceptis tribus liberis uxorem suam Hortensio tradidit. MERCESQ · SOLVTA EST *ut Virgilius* 'Veneris nec proelia noris.'

332 IMPLETVRA DATVR liberis. GEMINAS ET SANGVINE MATRIS P · D · ut duas domos partu sociaret.

337 NON ALITER PLACITVRA VIRO quam hoc habitu, quo lugebat.

338 DVM SANGVIS INERAT ectasis metri causa.

339 FETA pro 'fecunda'.

342 INLIBATA TORI non polluta.

343 LICEAT TVMVLO SCRIPSISSE C · ut mausolea nostra tuo nomine decorentur. CATONIS 'uxor' subaudimus.

346 NON ME LAETORVM S · A · notandum 'laetorum'. est enim anacoluthon. graece uoluit dicere τῶν καλῶν.

347 IN CVRAS VENIO PARTESQ · LABORVM indicium pudicitiae. Statius

'nescis pater optime, nescis
quantus amor castae misero nupsisse marito'.

352 VANAQ · CARENTIA POMPA sine strepitu, sine ambitione sola lex placuit nuptiarum.

353 SACRISQVE DEOS A · TESTES non homines. ut 'conscius aether conubii'.

354 FESTA CORONATO N · P · L · S · enumeratio solitorum quae tunc deerant.

355 INFVLAQVE INGEMINOS D · C · P · olim obseruabatur ut sponsi foribus infula dependeret, ut uenienti uxori domus sacrosancta uideretur.

---

1 ł pro utilitate publica *sscr B* ‖ traderet . . . 3 fuerat *C:* traderet ad suscitandum semen. Cato ergo philosophus contempnens libidinem ut philosophę uacaret liberius. *B* ‖ tradere. totubi filios *C* ‖ 3 lipido *C* ‖ 4 hortensi *B* ‖ *inepta subiungit B* ‖ 5 *Verg. Aen. IIII* 33 ‖ ueneri reddita *B* ‖ *scr.* praemia *cum Verg.* ‖ 6—9 *om B* ‖ 7 maris. *C* ‖ 8 quod *C* ‖ 10 haectasis, *et in mg* Productio contra naturam *C* ‖ causa metri *B* ‖ 11 *om B* ‖ 12 Inlabita *C* ‖ non] inuiolata. non *B* ‖ 13 tumulos *C* ‖ 14 docorentur *C* ‖ 15—16 *C:* loetorum. grece dixit. et est anacoluton figura *B* ‖ 16 grecae *C* ‖ ΤΟΝ ΚΛΑΩΝ *C* ‖ 17 apudicitia est atius *C. Stat. Theb. III* 704 ‖ 20 causae *editur* ‖ 21 Vanoq: *C* ‖ 23—24 non homines conubii conscios *B* ‖ 23 ut *Verg. Aen. IIII* 167 ‖ 24 Λeter *pr* Λneter *corr C* ‖ 27 Incominos *C* ‖ 28 infula *C:* infusa ·i· sacer dotalis stola *B* ‖ uxor ·i· *B.*

32 357 STAT TORVS lectus | genialis genio nuptiali dicatus. *ordo*: non stat torus.

358 TVRRITAQ· PRAEMENS FRONTEM M· C· mos fuit nubentium uirginum capita coronari in figuram matris deum, quae multis filiis fuit fecunda. Virgilius

'laeta deum partu, centum complexa nepotes'.

359 TRANSLATA VITAT CONTINGERE L· P· hoc secundum Romuli morem, ut regiam uelut raptae uideantur ingressae. aut ne offenderent, quod esset omen intrantibus. TRANSLATA VITAT CONTINGERE L· P· pro religione. unde et 'uestibulum' dictum est eo quod Vestae consecratum sit. unde religionis causa nubentes puellae limen non tangunt.

360 NON TIMIDVM NVPTE LEVITER TECTVRA P· ordo: non lutea flammea demissos nouae nuptae uultus uelarunt tectura timidum pudorem. et est 'tectura' participium futuri temporis. 'flammea' dicta quod leni flatu moueantur quippe tenera, uel quod flammei sint coloris. tegit autem uultum sponsa, ne aut flamen aut quod uideat omen aduersum.

362 BALTEVS AVT FLVXOS GEMMIS ADSTRINGIT AMICTVS zona matronalis.

364 SVBPARA pro amiculis. 'suppara' genus uestis quod alii stolam dicunt, alii toracem uel amiculi genus. alii 'uestes angustae sine manicis pube tenus quibus uirgines nupturae induuntur.'

---

2 *C:* et non *il B* || 4 coronam in *C* || figura *B* || 5 quae matris filius *C* quae filus *B* || *Verg. Aen. VI* 786 || 6 nepotes (t *ex corr.*) *C* || 7 uitat *corr. ex* uitan (?) *C* || 8 ut] ut ne *B* || rapte *C* || uideantur *om pr B* uideant *i. l. add corr B* || 9 ne] me *C* || 10 *lemmate non iterato* uel pro *continuat B* || 11 est eo *om B* || ueste *C* || sit *post* uestę *B* || 12 limina *B* || tangebant. quia ut praediximus (—musimus *corr*) uestae deae ignis erant consecrata *B* || 14 flamma *B* || dimissos *CB* || uerarunt *pr C* || 15 tecturamidū *pr C* || 16 leui *CB* || moueatur *B* || 17 flameis inte *C* || sit *B* || 18 sponsae *B* || flumen *C* || flam̄ uident aut numen *B*. *Fort.* aut ne uideat omen aduersum aut quod flaminica * * *cl. Festo Pauli p.* 89, 13 *M.* || 21 Suppara zona *B* || matro malis *C: corr D* || 22 fac̄ aut̄ hoc supparum et haec suppara. Est autem uestis angusta sine manicis. pertingens ab humeris usque ad renes (*cf.* 23—25). qua inducebantur nupturae uirgines. qua etiam plerumque induuntur uiri. uel supparum quod *B* || 23 toracem *CB*. *fort.* torale || siue *B* || flammi culi *C,B* || gen'·uel ut alii [*Festus Pauli p.* 311, 4 *unde et V*] dicunt. supparum est. uestamentum puellare lineum. quod et subucula ·i· camisia dr̄. Afranius. Puella non sumus. est autem uestis quae restringit umeros. ne repugnet puella *B* || *fort.* aliter: || uestę *C* || 24 *fort.* tenus pertingentes, quibus *cf. B* || qui *C*.

365 MESTI SERVANS L· C· sine decore.

366 QVOQ· MODO NATOS· HOC EST AMPLEXA MARITVM simplici affectu et pudico.

367 OBSITA FVNEREA CAELATVR PVRPVRA LANA 'obsita' dixit obtecta, respiciens historias. nam cum Cannensi pugna Romani essent graviter caesi et lugenti Romae pulla uestis deesset, sacerdotes iusserunt purpuram uestium mutari, ut latitudo eius in angustius | suta constringeretur intrinsecus. 32ᵘ

370 PIGNORA NVLLA DOMVS aut Ortensi filios aut certe quod 'arras' dicimus. ⁋ PIGNORA N· D· uidetur Ortensi filios tangere.

371 CONTENTIQ· AVSPICE BRVTO Cicero 'nullis auspicibus'. 'auspex' dicitur paranimphus qui interest nuptiis eo quod ab eo nuptiae auspicentur et quod primus 'feliciter' dicat. Auspices ab inspiciendis auibus appellati. auspicato enim Romulus filias rapuit Sabinorum.

372 ILLE NEC ORRIFICAM SANCTO D· A· O· C· dixit de Marciae cultu, nunc dicit de Catonis. CAESARIEM barbam. *ORRIFICAM* intonsam.

375 RIGIDAM non marcidam senio, sed censoriam, uigoratam. 376 *M*ESTAM BARBAM quae maestis apta sit.

377 STVDIIS ODIISQVE C· et a fauore et ab odio immunis.

380 HI MORES fuerunt. IMMOTA SECTA fixa.

HAEC DVRI IMMOTA CATONIS S· F· His uersibus declarauit Stoicum Catonem fuisse: cuius philosophiae finis secundum Chrysippum ille est ὁμολογουμένως τῇι φύσει ζῆν hoc est: congruenter naturae uiuere. qui autem sapiens summa prae-

---

1 *om B* || 4 *hinc B prorsus a C discedit, itaque non tam quae B omittat quam quae similia exhibeat significabo* || 5 istorias *pr C* || cannesi *C* || 6 pulla/// (*altera* l *ex corr.*) *C* || 7 purpurā testantum ut *C* || 8 angustias *C* || con fringere tur *C* || 9 nulla domus *in ras. C*¹ || 10 Pignora . . . 11 *perperam iterauit C* || uidentur *C*² || ostensi *C*¹ || 12 *Cic. p. Cluentio* 5, 14 || 13 qui] quod *C emendauit E. Pfander* || eo] et *C* || 18 martiae cultum· dixit *C* || caesarieı////barbam frigidam (f *erasa*); Intonsam (Introntem *pr*) *C* || martidam *ex* martitam *corr C* censoram (*ex* —em? *corr*) uigor·tam *C* || 21 abta *C* || 24 sectatā· *C cf.* fortis·inperturbata *B* || 25 Hihis *C* || 26 filosophiae *C* || 27 crisippum *C. paullo accuratius Didymus Arius Stobaei ecl. II* 6, 6 *p.* 134. *sed cf. Laertius Diog. VII* 87—89 || ille est hoc est *Graecis omissis C. minus recte olim conieceram uerba Lucani u.* 382 'naturam sequi' *intercidisse* || 28 quid *C* || summe *C.*

stare poterit? si habuerit quatuor uirtutes, iustitiam frugalitatem prudentiam fortitudinem. quas dixit Lucanus fuisse in Catone. nam frugalitas *est* non esurire non algere, id est quod diuisit in epulas et uclamenta — in epulas: non elaboratas sed naturaliter sumtas; uela: inculta — et domicilium *quod* uocat domum quae excludat hiemem. quod utrumque expressit cum dixit

'huic epulae uicisse famem, magnique penates
33 summouisse hiemem tecto, pretiosaque uestis |
hirtam membra super Romani more Quiritis
induxisse togam, Venerisque hic maximus usus
progenies'.

omnibusque cupiditatibus modum inposuisse sicut libidini ex eodem loco frugalitatis pendet. Item habuisse iustitiam, quae et ipsa exigit multiplicem diuissionem, summam tamen duplicem, in deos et homines. et definitio eius talis est: scientia recti et iniqui, uelut scientia iuris et iniuriae: * * * quantum ad homines pertinet, quantum praestare debeat. locus ille quidem est * * * de officiis declarat: quae *homini* a prima conciliatione nascendi sumuntur. inde enim colligit unum hominem sociale esse animal et cum sibi tum omnibus hominibus natura esse conciliatum. haec sic esse in eo Lucanus adfirmat 'iustitiae cultor' et 'in commune bonus'. In illo etiam fortitudinem. quae ita definitur: fortitudo est

---

1 fragilitatē *C* || 2 fortunam *C* || 3 catonē *C* || fragilitas non *C* || 4 quod dixit inaepulas s& uelementa· *C* || 5 sum tęuela incultu &domucultu quogat domu *C* || 6 *et* 9 hiem mem *C* || 7 &pressit *C* || 8 aepulae *C* || 10—12 h·m·s·r·m·q·i·t·v·b·m·v·p· *rubro C* || 16 definito *C* || 17 iniunię *C* || *intercidit ὁσιότητος definitio* || 19 quidem·ē·& de·ē· de officiis *C. uerbis* 'et deest' *hiatus ab ipso librario indicatur* (*cf. Monac. in Adn. uita Lucani p.* 78, 11 *Reiff.*, *Steinhartus symbolae p.* 293). *nec enim probabile uidetur latere in his litteris auctoris nomen* 'ut Cle[anth]es', *uel quod magis adrideat* 'ut Cice[ro]'. *sed etiamsi in Ciceronis libris officii definitio intercidit cf. Vnger ad I* 2, 7 *ut anceps esse iudicium necesse sit, tamen quae secuntur eo me adducunt ut Cicerone auctore scholiastam usum credam* || omnia· *C* || 20 concilatione *C. cf. Cic. de fin. III* 6, 22 'in primis naturae conciliationibus', *ib.* 21 'prima est enim conciliatio hominis ad ea quae sunt secundum naturam' *al.* || summuntur *C. Cf. Cic. l. s.* 20 'initiis igitur ita constitutis ut ea quae secundum naturam sunt, ipsa propter se sumenda sint . . ., primum est officium . . . ut se conseruet in naturae statu' *et q. s.*, *Madu. p.* 382 || colligit *Cicero de off. I* 4. *cf.* § 12 'eademque natura ui rationis hominem conciliat homini' *et* 7, 22 || 21 unum: *an* omnino? || 22 conciliat uel haec *C* || 23 iusticiae color *C* || bonus· in illo. Et infortitudinem *C* || 24 di finitur *C.*

scientia ferendorum secundorum aduersorumque. hanc uno uerbo et generali uirtutis nomine significat dicens 'rigidi seruator honesti'. Prudentiae nulla fit mentio, sed ut dixi per 'honestum' generalis uirtus ipsa explicatur, cuius haec definitio est: habitus consentiens uitae. sed potest per analogiam si alias nominet, et illam significare. nam qui generalem habet et speciales, qui speciales et generalem uirtutem. in hac Stoicorum summum bonum est positum, Epicuri in uoluptate quae contraria uirtuti est, idque ita confirmat Lucanus

'nullosque Catonis in actus
Subrepsit partemque tulit sibi nata uoluptas'.

Epicurus autem cum dicat propter uoluptatem omnia esse facienda, exclaudit ab officiis actuque ciuili sapientem et sibi tantum oportere uiuere adfirmat. Stoicorum uero sapiens erit ciuilis, hoc est in administratione rei publicae. 33u

381 * * * * quod est seruare modum omnium rerum. FINEMQ · TENERE [ut post liberos non quaereret uenerem.] Virgilius: 'et seruare modum rebus sublata secundis'. Cicero 'tantum in summa potestate rerum omnium modum'.

382 NATVRAMQ · SEQVI amare enim ciues suos et patriam lex est naturae.

383 NEC SIBI SED TOTI GENITVM SE C · M · uel exemplo uitae uel publica cogitatione. Cicero 'si tibi soli uiueres aut si tibi soli natus esses.'

384 HVIC EPVLAE VICISSE FAMEM πᾶν μέτρον ἄριστον. VICISSE FAMEM cibo qualicumque. MAGNIQVE PENATES domus.

---

2 decens *C* || 3 sed perutdixi honestus *C. an expellendum* ut dixi? || 4 illa *C* || 5 habitatus *C. Laert. Diog. VII* 89 *τήν τε ἀρετὴν διάθεσιν εἶναι ὁμολογουμένην* || peranoẽiam sialias non nominet *C* || 6 illa *C. cf. Laert. VII* 125 *τὰς δὲ ἀρετὰς λέγουσιν ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις καὶ τὸν μίαν ἔχοντα πάσας ἔχειν, Didymus l. s. p.* 112, *al.* || 7 uirtutum *C* || 9 uolupta tem *C* || ita] id *C* || 10 *Luc. u.* 390 || 11 nulloq; *C* || 12 S · P · T · S · N · U · *C* || 17 *hiatum notaui. cf. infra ad u.* 26 18 [VINE]mq: *in ras. C* || ut .. uenerem *inclusi, non quod spuria iudicem, sed quia huc temere inculcata sunt: pertinent enim ad u.* 387. *sed id quoque turbatum quod lemmatis partes disiunctae erant interposita priore scholii parte* || 19 *Verg. Aen. X* 502 || *Cic. p. Marc.* 1, 1 || 20 modo *C* modum *A* || 21 naturaq: *C* || 24 *fort.* agitatione. *an* actione? || *Cic. p. Marc.* 8, 25 || 25 tibi etiam soli *editur*, etiam *post* aut *add. A*. 26 Panmetron · ariston *C. Cleobuli cf. Laert. I* 93 *al., sed omisso πᾶν. Ceterum hic locus ad u.* 381 *pertinet, ubi quod legitur* quod ... rerum *prouerbii Graeci Latina est interpretatio* || 27 cybo *C* || penatas *C*.

387 INDVXISSE TOGAM togam primus Numa Pompilius inuenit. [et] togam pallium dicit, namque modo togam solam dicit.

388 VRBI PATER EST 'pater' dum consulit, 'maritus' dum defendit.

390 INCOMMVNE BONVS N · Q · C · I · A · S · hoc est quod superius dixit 'studiis odiisque carenti'. NVLLOSQVE CATONIS INACTVS pro: nullos Catonis in actus subrepere potuit uoluptas, ut partem sibi aliquam peteret.

392 INTEREA TREPIDO D · festinanti uel timido. DISCEDENS ab urbe.

393 MOENIA DARDANIDVM C · quod Capys Troianus Campaniam condiderit. Virgilius

'et Capys, hinc nomen Campanae dicitur urbi'.

395 SPARSAS EXTENDERE P · zeugma: placuit.

397 ERIGIT ITALIAM altam facit. et bene 'Italiam erigit', quoniam in aliis partibus humilis est. Virgilius 'humilemque uidemus *Italiam*'. NVLLOQVE A VERTICE TELLVS L · I · 'qua' parte scilicet altius intumuit. ⁊ subaudimus 'parte', id est: qua parte nullo uertice tam late intumuit.

398 PROPRIVSQ · ACCESSIT O · Appenninus.

34 400 INFERNI SVPERI Q · M · Tirreni et Adriatici.

403 HINC VASTIS I · ACCIPIT A · ubi Appenninus erigit Italiam.

404 FLVMINAQVE INGEMINI SPARGIT D · in Adriaticum mare cadit Metaurus, apud quem Asdrubal frater Annibalis cum copiis quas ad Italiam adduxerat fusus est.

406 CRATVMIVM ex cuius nomine et ciuitas nuncupatur. SAPIS qui regionem Ariminensium et Rauennatium finit, qui nomen suum uicinae indidit ciuitati. flumen etiam SENA a quo et oppidum dicitur. AVFIDVS uero fluuius iuxta Canu-

---

1 popilius *C* || 2 pallium *cf.* 'i · pellem' *il B* || nam quo *C* || 4 Vrbi pater *in rasura C* || con[sulit:] *in ras. C* || 5 sup. *u.* 377 || 7 Nullusque *C* || 8 inac tusubri pere *C* || 9 partæ *C* || 10 discenden *C* || 12 moaenia *C* || c·] € *C* || 12 *et* 13 capis *C. cf. Sall. hist. II fr.* 11 *Kr.* || 13 *Verg. Aen.* X 145 || 14 *scr.* ducitur *cum Verg.* || 16 Italiam] altam *C* || 17 *Verg. Aen. III* 522 || 19 altius] tam latius *C. emendatio necessaria, quamuis lemma* L(atius) *idemque alterum schol. testentur* || 20 latacae *C* || 21 acces sito (o *corr. ex* p) *C* || 22 Superis *C* || 23 uasi is·L· (*rubro*) accipata · *C* || 31 aut fidus C || iuxta] extra *C.*

sium impetu fertur ingenti, quem 'longe sonare' dicit *Horatius*.

405 VELOXQVE METAVRVS haec eiusdem regionis flumina sunt. et quorumdam ex his nominibus etiam urbes uocantur, ut Pisaurum et Ariminum, ut Sena.

406 CROTVMIVMQ · CAPAX *ET IVNCTVS S · I ·* fluuius fluuio.

407 SENAQVE ET AVFIDVS fluuii sunt.

408 QVOQVE MAGIS NVLLVM TELLVS *S* · S · I · A · E · ordo: et Eridanus cadit, praeter quem nullum in amnem sic se tellus soluit.

410 HAESPERIAMQ · EXAVRIT quasi tota tellus iuri eius seruiat. triginta enim flumina ex Appennino et Alpibus in eum fluentia ad mare Adriacum deferre narratur. HVNC FABVLA PRIMVM dicit.

411 POPVLEA FLVVIVM RIPPAS VMB · C · Phaëthontiadas dicit quae ibi in populos uersae sunt.

412 TRANSVERSO LIMITE D · non solito.

414 GVRGITIBVS RAPTIS siccatis, quasi non essent.

415 HVNC HABVISSE PARES ut tantum hic funderet quantum ille torreret.

417 LIBICAS NILVS S · A · Aegyptus enim uicinus est Africae. † per Syrtes · ‖ LIBICIS ARENIS dixit 'Aegyptiis.' quaedam enim pars Aegypti Libia dicitur.

418 NON MINOR HIC HISTRO qui et Danubius.

419 CASVROS IN QVAELIBET AEQVORA | FONTES A · incertum esset enim in quam partem maris caderent, si non in hunc fluerent. 34ᵘ

421 DEXTERIORA PETENS MONTIS D · T · V · F · unda pe-

---

1 Impetū *C* ‖ loge *C* ‖ *Hor. carm. IIII* 9, 2 ‖ 4 et quorū dam *C* ‖ a&iā *C* ‖ 5 &arminū *C* ‖ ut] *an* ita? ‖ 6 *lemma suppleui* ‖ 7 aut fidus *C* ‖ 8 s · *unam om C* ‖ 9 preder *ex* preter *corr C* ‖ 13 Adriacum] Iauiacū *C. an latet* [Adr]iaticum? ‖ narratur *a Plinio n. h. III* 118 ‖ 14 pabula *C* ‖ 15 rippasuum B·C *C* ‖ faetontiadas *C* ‖ 18 Gurgittibus *C* ‖ occatis *B* ‖ 19 pares (p *ex corr.*) *C* ‖ 21 aegiptus *sed u.* 22 *et* 23 *cum* y *C* ‖ *num* uicina? ‖ 22 per] *fort.* propter, *ut poeta propter Syrtes significetur 'Libycas harenas' dixisse et huc scholion referatur. sequens enim* s *littera ex* τ *correcta est* ‖ syrtĕ s libicis *C* ‖ aegyptus *C* ‖ 23 *hoc ex prouinciarum post Constantinum distributione repetitum est cf. I. Franz C. I. Gr. III p.* 322ᵃ ‖ 24 danubus *C* ‖ 26 ẽ · enim *C* ‖ 27 inhuno *C: emend. A. Kiesslingius* ‖ *inter u.* 27 *et* 28 *ridicula figura geographica* ‖ 28 pentes (N *supra* es) *C* ‖ F ·] q · *C* ‖ Undea | pe*tens (*ex* pentens *corr*) *C.*

tens dexteriora montis decliuia Tibrim facit. significat autem Tirrenum mare.

422 RVTVBAM CAVVM quod sola sua ex*h*auriat, siue altum. DELABITVR INDE dextro latere.

424 SARNVS zeugma: labitur. ET VMBROSAE LIRIS PERREGNA MARICAE Liris per Maricae paludes in mare effunditur. Marica si*l*ua uel potius nimpha. Virgilius

'hunc Fauno et nimpha genitum Laurente Marica
A*ccipimus*'.

[Liris in Vestinum cadit.] ℾ LIRIS lacus uel fluuius.

425 RADENSQ· SALERNI TECTA SILER zeugma: delabitur inde. Siler aute*m* fluuius.

427 ALNOS naues. Virgilius

'tunc alnos primum fluuii sensere cauatas.'

LVNA est ciuitas Etruriae.

16 429 DEVEXASQ· | ALPES obliquas.

430 TVNC VMBRIS MARSISQ· FERAX tunc Appen*nin*us ferax amplexus indigenas Latii populos non fugit Hesperiam, nisi cum ad Siciliam uenerit.

432 INDIGENAS inde genitos.

434 IN TEMPLA LACINIA R· Virgilius 'adtollit se diua Lacinia contra' Iunonem dîxit. Iuno Lacinia.

435 CONFINIA 'confinia' loca sunt finibus proxima.

436 SOLVERET INCVMBENS TERRASQVE R·A· et hoc tam diu quamdiu inuidiosum mare montem inruptum aequaret Italiae.

438 SICVLO PELORO Pelorus fieret qui Appenni*n*us esset.

439 NISI SANGVINE FVSO GAVDET HABERE VIAS de quo dixerat 'gaudensque uiam fecisse ruinam.'

440 QVOD NON TERAT HOSTE VACANTES H·F· gratulatur quod hostes illi non deerant quos uicisset.

442 ATQ· IPSVM NON PERDAT ITE*R* dum dimicat.

444 NEC TAM PATIENTE C· nec tam iuuat.

---

1 declusatibrim *C* || 3 Futuam *C* || 5 ET] Etet *C* || 6—7 *B* || 6 fł per *B* || fusus *B* || 7 siua *C* || *Verg. Aen. VII* 47 || 8 marica A· (*rubro*) *C* || 12 aut *C* || 13 *Verg. ge. I* 136 || 14 primum] spirum *C* || 15 aetrurię ·i· tusciae *B* || 17 appenius *C* || 18 finitur *C. Lucanus* deserit || 19 adscilitiam *C* || 20 inde *etiam Serutus Aen. VIII* 314. 328, *sed Isidorus cum or. VIIII* 4, 39 *cf. X* 147 *explicat* 'inde geniti et in eodem loco nati ubi inhabitant' *patet* indo *scriptum fuisse* || 21 *Verg. Aen. III* 552 || 21 *an* LACINIA Iunonis? || 26 *an* fiebat? || 28 *Luc. I* 150 || 30 [quod/////h]ostes *cum ras. C* || 31 perdant ite *C* || 32 tamiiuuat *C.*

446 CIVEMQVE VIDERI zeugma: pudet.

447 TVNC VRBES LACII DVBIE quem sequerentur incert*ae*.

453 PRONIOR INMAGNVM POPVLVS uel quod pro re publica pugnaret, uel quod popularis esset. PVGNATQVE MINACI CVM TERRORE F · contra terrorem Caesaris cum Pompeio sentiebant. ut quod hac fides suadebat, illac terror impediat.

455 HVNC A · T · S · a*u*strum.

458 QVAMVIS ICTA NOVO a Caesare. VENTVM TENVERE PRIOREM Pompeium.

460 VINDICAT VNDA NOTVM prioris uenti. FACILIS SED VERTERE MENTES T · E · ut plus fide terror posset.

461 DVVIAMQVE FIDEM F · P · fortuna Caesaris dubiae fidei faciebat uniuersos.

462 FVGA TREPIDI NVDATA LIBONIS Libo praefectus Etruriae Pompei partium fuerat.

463 IVSQVE SVI PVLSO IAM P · V · T · quoniam in Caesaris uenerat potestatem.

464 NEC GERIT AVSPICIIS CIVILIA BELLA PATERNIS Silla Sillae filius Pompei gener qui Capuam deseruit, postea in Africa | captus est a Caesare et occisus propter quod non 35ᵘ illi respondit set Capuam deseruit. *AVSPICIA PATERNA* paternam felicitatem dixit, quoniam Silla duobus bellis ciuilibus extitit uictor. NEC GERIT AVSPICIIS CIVILIA B · P · quoniam Silla hic perit ubi pater uicit. hic enim Caesarem fu*g*it, ille Marium uicit. TERMVS legatus Pompei de Umbria a Curione legato Caesaris expulsus, quam cum quinque legionibus insidebat. SILLA Silla Faustus.

466 VARVS qui praetor erat. ALAE Caesaris scilicet.

467 PERDIVERSA RVENS N · M · T · *ordo:* per diuersa moenia ruens fugit. 'neclecto tergo' quoniam qui fugit, tergum neclegit, cum illut praebet hostibus uulnerandum.

469 LENTVLVS consularis.

470 DEVEXITQVE ACIES aut fugien*tes*, aut suas post fugientes.

---

3 ut quod pro *C* || 7 astrum *C* || 12 Diuitiamque *C* || 14 p̄/////fectus *C* || 16 T·] I· *C* || 19—20 occisus *in breuius contracta B* || 19 filius ille *B* || 20 africā *C* || 21 respondisset · capuam *C* || *lemma suppleui* || 24 fuit *C* || 26 *immo* V cohortibus || 28 qui *om B* || pretor *C* || erat partium pompeii *B* || 30 neglecto *corr C* || 33—34 Deuertit acies. aut illorum in fuga uertit. aut suas acies deuertit post fugientes *B* || aut figiens *C*.

471 ET NVLLAS DVCENTIA SIGNA C· ordo: solus fugit dux et signa nullas cohortes ducentia.

473 SCIPIO cuius filia Cornelia. QVAMQVAM FIRMISSIMA PVBES H· S· C· firmissimam pubem dicit legionem quam post proelium Gallicum quod Caesar habuit, Crassus accepit in auxilium Parthici belli. fuit autem Magni. nam hac legione Magnus partis suae caesum exercitum Caesaris integrarat.

475 PARTHORVM SEDVCTA METV post Crassum a Parthis interfectum decretum est ut Pompeius et Caesar singulas legiones ex suis darent. Pompeius commodauerat Caesari legionem post caesos Cottam atque Titurium. ad eam repetendam * * * ut et Pompei legionem redderet et alteram daret, nouo dilectu in Gallia cisalpina [Luceriae Auximi] habito diminutum explet exercitum. hae Luceriae in Apulia erant. ad eas Publius Scipio consularis missus. QVA GALLICA DAMNA S· M· qua pube scilicet suppleuit. bene uerbo militiae usus est, ut 'supplementum' in exercitu dicitur, cum in locum amissorum alii subrogantur. quod aput Salu-
36 stium | creberrime inuenimus. unde et Virgilius ait 'remigium
21 supplet.'

476 DVMQVE IPSE ADBELLA BACARET ordo: dum ipse uacauit donauit ad bella Romani sanguinis usum. ſ quod scilicet ad tempus commodasset.

477 DONAVIT SOCERO R· S· V· quo tempore Caesar insidiis Gallorum Cottam et Titurium legatos amisit cum exercitu.

479 PVGNAX DOMITIVS quoniam cum ei Lentulus suaderet ut periculum praesens uitaret et iam Pompei litteris accerseretur, negauit se sine certamine cessurum. qui dimis-

---

1 nullos *pr C* || 2 cohortes (es *ex corr.*) *C* || 3 Cornelia] fuit cornelia uxor pompeii *B* || 4 dici *pr C* || 6 auxilii *C* || partici pr *C* | hoc *pr C* || 7 partis suae *eiecerim* || 9 Partorum *pr C* || posterassum *C* || a Parthis] apertis *pr C* || 12 postcętos coctam *C* || 13 *hiatum notaui* || altera[m] *ex corr C* || 14 ingalliacis alpium lucia auxilium *C fort. ex hiatu u.* 13 *huc traiectum* Claudium Appium [Pompeius ad Caesarem misit] || 16 spicio *C* || 17 suplebit *C* || 18 miliciae *C* | ut] *immo* nam || Supplementum ... 19 subr. *etiam B* || dr̄ *ante* in *B* | 19 quotęs inlo *B* || amnis sorum *C* a massorum *B* || salustinū *C. cf. Iug.* 39, 2. 84, 2. 3 || 20 *Verg. Aen. III* 471 || regium *C* || 25 v·] o· *C* || quo] qui *C* || 30 cesurum *et* dimisus *C* || *p.* 81, 1 acesare *corr*, accersere *pr C.*

sus a Caesare campis Pharsalicis 'labitur ac uenia gaudet caruisse secunda'. hic est Domitius, qui Caesari successor decretus erat.

480 OPPOSITVS QVONDAM P· T· M· hanc enim legionem secum habuit in iudicio Milonis. POLLVTO caede Clodi. POLLVTO MILONI polluto caede Clodi.

483 SOCII DECVRRITE DIXIT F· A· R· tale est illud 'ultro occurramus ad undas'.

484 VNDEQVE INMERGITE PONTEM fluminis.

486 ATQ· OMNES TRAE G· A· notandum 'gurgitem' dictum fluuium. VT SPVMEVS ALNOS D· C· F· aut nauiculas quas Caesar facturus erat aut pontem. ALNOS fabricam.

488 HAEC HOSTIS LENTVS TERAT O· R· 'lentus' otiosus, ut 'Tityre tu lentus in umbra' et 'teris otia terris' et 'qui nunc lenti consedimus aruis'. LENTVS sine bello.

493 RVMPI ITER pontem.

494 NON TANTIS EST MVRIS LATEBRAS quasi non bellis inuenti sint muri, sed pauoris subsidio.

495 OBSTRVITIS CAMPOS 'obstruitis' clauditis, ut est 'placitasque uiri deus obstruit aures'.

496 NON SI TVMIDO ME GVRGITE GANGES S· Ganges Indiae fluuius qui LXX milibus passuum latus dirigitur.

498 POSTRVBICONIS A· non quoniam tantus est Rubicon ut Gangi debeat conparari, sed quoniam ibi pacis iura dirrupta sunt, ubi a proelio nec imagine potuit patriae prohibentis arceri.

499 RVITVRVM E· P· et iam ruiturum.

503 PVLSA STATIONE custodia.

---

1 farsalicis *C. Luc. VII* 604 || 2 caesa succesor docretus *C. cf. Caes. b. c. I* 6, 5 || 4 *B codicis specimen:* haec legio quondam pugnauit cum domitio contra milonem, qui milo propter adulterium a romanis interfectus est || 6 milone *pr C* || 7 decuriae *C* || 8 *Verg. Aen. X* 282 || occuramus *pr C* || undam *Verg.* || 10 oms *C* || 11 spumeci salinos *C* || 13 haeo *C* || 14 *Verg. ecl.* 1, 4 || titere *C. scr.* tu Tityre || *Verg. Aen. IIII* 271 || otiateris (r *sscr*) *C* || *Verg. Aen. XII* 237 || 16 *etiam B* || 17 TANTIST *uidetur fuisse* || 19 obtruitis *utroque loco* || *Verg. Aen. IIII* 440 || *scr.* placidasque || 20 des obstrauit *C* || 21 ganges C· granges *C* || 22 Fluuius indie *B* || LXXX passuum *B* octoginta millia passuum *Lipsiensis Weberi p.* 158 || latus est ·i· leugarum L^{ta} III^{a} passuumque tor*um* d (*scr.* d^{torum}) *B cf. Lips. Web.* || 24 gandi *pr C* || debæat *C* || ibi] bi *C* || dir rupta *C* || custodia diurna *B*.

504 ET ADTVTAS HOSTIS C · A · nominatiuus casus est
36ª | 'hostis', non genitiuus.

505 TVRRES ad aequiperanda moenia.

506 VINEA machina per quam hostis intactus ascende-
5 bat, a ui dicta.

511 VENIAMQ · TIMERI propter crimen uidelicet.

512 NOLIS ET NOSTRO M · D · C · D · hic erit gloriae meae titulus, ut salutem mihi tuam erubescas *debere* · pereas susceptae dignitatis titulo, uiuas tropaeo. quem si uita dele-
10 ctat, mihi supersis ad gloriam: si uenia non capit, tibi uiuas ad poenam.

514 EXEMPLVMQVE MEI ut tibi, ceteris parcam.

515 ET NIHIL HAC VENIA S · V · I · P · nolo reciprocum beneficium.

15 518 PARCERE ROMANO POTVIT F · P · si fuisset occisus. PARCERE ROMANO P · F · P · uiro forti parcere genus est ultionis.

519 POENARVM EXTREMVM CIVI ultimam poenam. et est ordo: extremum poenarum sit ciui ignosci. QVOD CASTRA
20 SECVTVS S · P · M · Q · D · T · Q · S · IGNOSCI qui fidem patriae seruauerat, pro laude indulgentiam promeretur.

522 ET SECVM Virgilius 'haec secum'.

524 RVE CERTVS non ametur quam hostis praestitit uitam.

528 IAMQVE SECVTVRO altera die.

25 532 QVAE ROMANA MANVS quod et hostes Romani essent.

532 QVIBVS ARMA SENATVS non ut Caesar qui pro se dimicat.

536 IAM TETIGIT SANGVIS P · C · E · habemus quod debeamus ulcisci, prouocat nos ad bella uindicta.

30 540 PATRIAE SED VINDICIS IRA 'ira patriae', quod sit morte ciuium uiolata.

---

3 aequi perenda mȧenia *C* || 4 uinea *corr. ex* uenea *C* || mac|china *C* || intactus] incastris *C* || 5 *originatio est Varronis cf. Augustinus dial.* 6 *p.* 11, 18 — 12, 9 *Crec.* = *rel. gr. p.* 149 *Wilm.* Vinea. instrumentum quo muri franguntur. dictum a ui · i · a uigore quod desuper coriis crudis tegitur. sub quo praeliantur milites *B* || 7 m · A · cȯ · *C* || 8 debere *inserui, sed idem latet fort. in* pereas, *nam quae secuntur uix sana sunt* || 9 uiueas *C* || 12 par[Ca]m *cum ras. C* || 15 siocois' fuisset *B* || 19 extremum . . . ignosci *etiam B* || sit] est *B rectius* || ignoscere ciui eo quod sit secutus castra patriae. cui gloriosum esset mori *B* || 22 *Verg. Aen. I* 37 || 29 prouocant *C.*

543 EXERTIQVE MANVS VESANA GETEGI Cethegus insigne familiae suae perpetuum habuit hoc quasi sacerdoti genus, ut nudo humero sollemnibus procederet diebus. cuius illa uulgaris causa redditur: interfecto in curia Romulo cum unus quisque discerpti corporis particulam inde secum auferret, *ne* uiso eius cadauere in ultionem populum conpellere*nt*, dicitur suam obuolutam ea parte tunic*ae* qu*ae* circa brac*h*ia est nudato humero cinc*tutus* tulisse.

545 MAGNISQ · VELIM MISCERE METELLIS Metellus quo tempore Marius | et Cinna urbem expugnabant, per legatos 37
* * ad liberandam patriam cum exercitibus a Lucania pro- 11
perauit.

546 AD CINNAS MARIOSQ · V · quoniam Cinna et Marius consules gesserunt bella ciuilia.

547 VT CATVLO IACVIT LEPIDVS Lepidus geminari sibi consulatum petebat, qui in campo adiuuante Gneo Pompeio deiectus est.

548 SICANIO TEGITVR QVI CARBO S · huic in Sicilia ipse abstulit caput missus a Silla.

553 SCITICIS ABORIS quoniam Part*h*i ab Scit*h*ia ha*b*ent originem.

554 VT SIMILI CAVSA CADERES QVA SPARTACVS HOSTIS Spartacus gladiator fuit qui XL milia hostium pastorum fugitiuorumque seruorum collegerat, quem superauit Crassus. qui Capu*ae* ex ludo fugerat Lentuli cum septuaginta suae conditionis.

1—3 diebus *etiam B* || 1 Getegus *C* Cethegus hoc *B* || 2 perpetuum *et* hoc . . . genus *om B* || quasi] quod *C* || 3 nudo *B* nullo *C* || sollempnibus diebus proc. *B* || 4 curiam *C* || 5 corpolis *C* || indesecundam ferr& euiso eius candauere *C* || 6 conpuler& *C* || 7 obuolutam mea *C* || tunice qui *C* || 8 cintui fulsisse *C: cf. Porph. ad Hor. a. p.* 50. *an* tulsisse *cf. revue arch.* 1864 *II p.* 43 || 9 quo] qui *C* || 10 *lacunam signaui, intercidit* arcessitus *uel sim. cf. App. b. c. I* 68 || 16 campo *cf. App. b. c. I* 107. *sed aegre desidero omissum* a Catulo || 18 quio arbos · *C* || 19 *fort.* abscidit. *cf. App. b. c. I* 96 || 20 arboris *C* || abscistra hunc originem *C* || 23—26] Sparthacus gladiator fuit. quem cum multitudine fugitiuorum superauit crassus. Et te ergo superaret. si incolomis redisset *B* || 23 *non* LX *quot caesos cum Spartaco Liuius per. l. XCVII ex libri Nazariani auctoritate refert, sed multo maior numerus latere uidetur, cf. App. b. c. I* 117 *δυώδεκα μυριάσι πεζῶν ἐς Ῥώμην ἠπείγετο* || 24 fugetiuorumq: *fort. pr C* || 25 quicaput ex *C* || *ἐς ἑβδομήκοντα ἄνδρας μαλιστα App. I* 116, 'quattuor et septuaginta' *Liu. per. l. XCV cf. Oros. V* 24, 'LXIIII' *Vell. II* 30, 'cum triginta haut amplius eiusdem fortunae uiris' *Florus p.* 86, 13 *O. I. igitur Sallustianum.*

556 VALET INTORQVENDO DEXTERA P· * * *

559 * ILLE SOLVTVM qui triumphare consueuit.

558 DISCET NON ESSE *AD* BELLA F · Q · P · P · *P*· deest 'nos' quos creditis degenerasse.

559 QVI PACEM POTVERE P · qui pacem aequo animo passi sunt.

560 NE VOS MEA TERREAT AETAS quoniam magis prodest consiliis, prodest usu bellorum.

561 DVX *SIT* INHIS CASTRIS S · D · M · I · I. ut quod *in* his castris prosit, obsit in illis.

563 SVPRAQVE NIHIL NIS*I* R · R · ut triumphis regnum deesset quod nolui.

568 MVLTISNE REBELLIS GALLIA IAM L · Gallia rebellis hanc spem Caesar*i* dat 'aetasque inpensa labori'.

572 TERRITA QVESITIS O · T · B · pertimuit quos quaesiuit.

575 NON TE FVGIVNT ME CVNCTA SECVNTVR aduersum te uenientem, unde supra 'armatam urbem' dixit, qui illos ostendat occurrere, non fugere.

576 TOTO FVLGENTIA PONTO 'toto Ponto' contra unam Galliam.

577 ANTE VIS EXACTOS QVAM QVINTIA C · O · contra 'aetasque inpensa labori'. dicitur enim XL diebus bellum gessisse piraticum.

37ᵘ 581 INDOMITVM REGEM Mitridatem. |

26 581 ROMANAQ · FATA MORANTEM quoniam XLVII annis cum Mitridate pugnatum est.

582 AD MORTEM SILLA FELICIOR IRE COEGI quia Mitridatem Silla superare non potuit, quoniam cum ad bellum ciuile aduersus Marianos * *, pacem dederat Mitridati.

587 ATQVE VMBRAS NVMQVAM PELLENTE SIENE legitur

1—2 ·P·Ille suum *C hiatus partim eis expletur quae u.* 3—6 *secuntur* || 3 ad *et* P · *inserui* || 4 creditio *C* || 5 P///q̇/// *C* || 7 *et* 8 prode est *utroque loco C* || 8 consoliis *C* || 9 Dixit intus *C* || 11 nihillis ·R·R· *C* 13 Galliae *C* || 14 caesar data aetasq: *C* || 18 supra *u.* 574 || 19 ostendit *C* || 20 fugentia *C* || ·i· contra . . . 21 galliam *etiam B* || 22 Anelus exactor *C* || contra *supra u.* 569 || 24 gessi siparaticum · *C* 26 quaeinxLvıI *C* || 28—29: ·i· licet silla sit fe////lix · ego tamen felicior. qui silla . . . . . potuit (= *C*) *B* || 30 *intercidit fort.* properaret || 31 pei\\\entes · I · ene *C. fuerat* pellentes. *hoc enim et quattuor seq.*

et 'numquam flectente'. quod *non ad* omne tempus refertur saeculi. nam uix semel in annum et una hora nec plena umbrae non inueniuntur in Siene. sed 'numquam' ad perpetuitatem temporum referendum est, nam quamuis semel hoc in uno anno fiat, tamen illo ipso tempore numquam praeterit quin faciat.

588 OCCASVS MEA IVRA TIMET TETINQVE FVGACEM omnes hae gentes [in] auxilio uenerant Mitridati.

591 ENIOCI gens in Ponto. NOTIQ· EREPTO VELLERE COLCHI quoniam Argonautae iussu Peliae uellus aureum transtulerunt.

593 INCERTI IVDEA DEI Liuius de Iudaeis 'Hierosolimis fanum cuius deorum sit non nominant, neque ullum ibi simulacrum est, neque enim esse dei figuram putant'. MOLLISQ · SEFONTE ciuitas Armeniae. ideo 'mollis' quod ibi uiri totum corpus tegant.

594 CILICASQ· FEROS hi piratae fuerunt.

609 BRVNDVSI TVTAS CONCESSIT M· I· A· Brundusium oppidum *in* fine Italiae, quod conplures auctores a forma situs cognominatum tradunt. est enim simillimum ceruino capiti quod sua lingua 'brunda' dixerunt. Brundusini idem et Iapiges sunt, Iapiges autem dicti ab Iapige Daedali et Cresses filio. sunt qui adfirment ex Creta secutum in Sici-

---

codicis uersibus casu quodam modo ternae modo binae litterae deletae sunt uel laesae || 1 non ad *supplenda erant. contra eam sententiam quam Macrobius comm. II* 7, 16 *profert disputatur non feliciter* || refert** *litteris II deletis C* || 2 nam xx semel *C* || plaena *C* || 3 non] ** ı *C* || 4 **ferendum *C cf. ad p.* 84, 31 || 5 ips*tp̃r *C ut antea* || 10 colio · *C* || 12 Liuius *lib. CII cf. per. p.* 90, 11 *O. I.* || deiudeis *C. fuerat ni fallor* cIı 'Iudaei fanum *et q. s. nam* hierosolimis *non Liui sed Christiani lectoris est. Ceterum adponenda quae B ex hoc scholio effecit* Templum iudęorum destruxisse fertur pompeius. Dicit enim titus liuius in hoc loco · in iudęa hoc est in hierosolima esse templum iudęorum · quod modo dicitur pompeius triumphasse Nam ut iosephus dicit. Statuam iouis in eo constituit · et bene 'incerti' dicit · quia ei*us* simulachrum non uidebatur · uel quia nullum erat apud eos · aut incerti propter inusitatam religionem · siue quia fidem non habebant. Sed tamen notus in iudęa dicitur || 15 ciu. arm. *etiam B* || armenie *C* || ibi birri *C* || 18 Brundus sium *C* || 20 situm *C* || 21 'Brunda grece, latine cornu uel caput personaliter cerui dicitur' *Ioannes cathol.*, *βρένδον δὲ τὸν ἔλαφον λέγουσιν οἱ Μεσάππιοι Et. Gud. p.* 115, 4 *et qui* καὶ *βρέντιον Μεσαππίοις ἡ κεφαλὴ τῆς ἐλάφου addit Et. m. p.* 212, 28 *βρύνδον δὲ τὸν ἔλαφον καλοῦσιν οἱ Μεσάππιοι gloss. Angelic. p. VII. cf. Mommsen unterit. dial. p.* 46. 70 || Brundusium idem et *C* || 22 *cf. Strabo VI p.* 279 || dæ dabeteres ses (eteres *corr. in* etCres) *C* || 23 setum (cu *sscr*) *C.*

liam Minoa ad exigendas poenas a profugo Daedalo, qui ad Cocalum regem confugerat, ex insidiis in balneo perisse et ibi remansisse Cretas, quos nunc Gnosios appellant. alii non insidiis sed naufragio ibi obruto rege suo remansisse Gnosios id est Cretenses in urbe Brundusio receptos. condidisse aiunt alii quosdam profugos Cretenses: *eos* Theseus Creta
38 re|diens suis nauibus huc deportarat.

610 VRBS EST DICTEIS OLIM POSESA COLONIS postquam Minos in Sicilia mortuus est, socii eius naufragio circa Messapiam facto condidere Brundusium. VRBS EST DICTEIS hanc enim profugi Cretenses puppibus Thesei uecti condiderunt.

612 VICTVM MENTITIS TESEA 'uictum' a Minotauro scilicet. hic enim cum ad occidendum Minotaurum profectus esset, in reditu patrem uelis nigris fefellit, dum non mutasset alba. mortuus enim creditus est a patre.

613 HANC LATVS ANGVSTVM I · S · C · I · A · hanc latus angustum Italiae [et] in artum se cogentis in modum linguae eicit in mare.

615 CLAVDIT QVAE CORNIB · V · quae lingua cornibus portum facit.

618 REFVNDERET V · a portu repellendo.

623 CORCYRA Phaeacum ciuitas. Corcirae duae sunt, una in Epiro, altera in Illirico.

624 EPIDAMNOS ciuitas Epiri.

625 HOC FVGA NAVTAR · in portu Brundusio. ADRIA mare Adriacum.

---

3 appellant *C: mirum ni fuerit* appellat. *itaque fort. hic locus ex scholiis in Sallustium scriptis petitus est, qui ut amat urbium origines terrarumque situs tractare, ita hanc rem potuit in bello Spartacio hist. l. IIII tangere cf. App. b. c. I* 120. *Salusti scholiis et glossematis olim instructi certa sunt indicia, ex 'libro glosarum' Bern. cod. XVI exemplum adfero (H. Hageno debeo):* 'Dissimulat: qui hoc quod dicit (*scr.* scit) nescire se dicit, unde et ille salustius (*scr.* illud Salusti *sc. Catil.* 5, 4): simulator incerti ac certi dissimulator' || non infidus *C* || 5 condidisse intalii *C* || 7 hic deportabat *C* || 8 calonis· *C* || 9 siciliam *C* || 10 contendere brundusio· *C* || 10—12 *etiam B, praemissis* Dicte grec. rete lat̃ inde creta dictea dr̃ || 11 cretensis pupibus *C* || tesei ueC (uee *pr*) ti *C:* transuecti *B* || 17 aneustum· *C* || *fort.* hac . . . exit || 18 & martũ se *C* || 20 cornibus . . 22 *etiam B* || 23 feacũ *C* || 24 alteram (in *om*) *C* || 25 ciu. est epyri ubi incipit illiricum *B* || 26 hꝫc *C cf.* 'pro illuc. uel hoc s. brundisium' *B* || fuca (*corr. in* —ga)naut. R · *C* || 27 mare adriaticum *B.*

626 ET INNVBES ABIERE CERAVN· cum montes altos occupant nubila.

627 SASON portus Calabriae siue mons.

628 REBVS POSTERGA RELICTIS occupatis a Caesare.

631 NATVM CVI FIRMIOR A· Sextum Pompeium.

634 QVAS EST VVLGATA P· V· aput quas duce me cognita est Roma.

637 TIGRANENQVE MEVM Pompeius uicto Mitridate cum Tigranen adgrederetur Armeniae regem, ille se ei abiectis insignibus regalibus misit ad pedes. quem Pompeius regno donauit ac uita. ⟦TRIGRANEMQ· MEVM regem Armeniae quem Pompeius uicto Mitridate regno suo restituit. NEC FARNACIS ARMA RELINQVAS Mitridatis filius qui patrem occidit.

641 SCITICI PACIENS MEOTIA PLAVSTRI quod alligata gelu plaustris transeatur in hieme.

643 BELLA FERES referes, indicabis. TOTOQ· ORBES AGITABIS I· O· prouocabis.

644 OMNES REDEANT INC· T· mea.

645 ET VOS consules. ET VOS QVI LATIO S· N· F· | quidam Gallos accipiunt. hi enim quod aput Alliam Roma- 38ᵘ
num deleuerant exercitum, dies in fastis Alliensis notatus est. fuisse autem inter auxilia Pompei Gallos in septimo libro testatur dicens

'inde truces Galli solitum prodistis in hostem'.

646 PRIMVS INEPIRVM V· A· 'primus boreas' hoc est, quando primum boreas coeperit flare.

648 DVM PACI DAT TEMPVS H· quoniam Romani non pugnant hieme. ET OMNES IVSSA GERVNT uel filius uel consules.

656 ROMA CAPI FACILIS zeugma: sufficeret.

657 CVMQVID SVPER ESSET AGENDVM interimendum Pompeium.

---

1 cera an *C* || 2 nubilae *C* || 4 ac uesare *C* || 5 *C* = *B* || sexum *C* || 8 Tigranemque *C* || 9 adiectis *C* || 15 alligate *C* || 20 latios· N· F· Ut uos quilatio signatis nomine fastos | *sic iterato lemmate* *C* || 23 *Luc. VII* 231 || 26 Primum sinepirū *C* || 27 quando] quare *C* cum *B* || cum pr. c. fl. boreas uentus aquilonaris *B* || ceperit *C* || 28 qm̃ romani hyeme non pugnant. eoque tempore bella quiescunt *B* || 29 Et omsiussu *C* || 31 suffio|ere· *C*.

660 COMMVNEM TAMEN ESSE D· zeugma: communem Italiam esse dolet.

664 AVRIT SAXA VORAX utpote profundus. MONTESQVE INMISCET operit ut inter arenas lateant.

667 GAVRVS Campaniae mons.

672 SERSEN Persarum regem dicit.

673 CONSTRVXISSE VIAS scenas.

674 EVROPAMQVE ASIAE quas mare discreuerat, pontibus coniunxerat Serses. SEXTONQVE ADMOVIT ABIDO Sextos Asiae, Abidos Europae.

678 ARTANTVR CASV NEMORVM amputatione.

679 SVRGIT OPVS supra scenas.

682 VT RESERET P· ut scenas amoueat ex litore.

684 FASTIGIA MOLIS D· S· flatibus actae.

685 SPATIVMQ· DEDERE CARINIS scilicet ceteris.

686 TORTAQVE PERTENEBRAS V· V· L· deest 'est.'

688 NON LITORA CLAMOR NAVTICVS sicut mos est in celeumate.

691 IAM CEPERAT VLTIMA VIRGO F· L· O· P· C· tempus describit mensis septembris. XIIII enim kalendas octobris sol ex uirgine transit in libram. Graeci brachia scor-
39 pionis chelas di|cunt.

692 FOEBVM LATVRAS quae Phoebum laturae erant.

699 DVX ETIAM BOTIS Pompeius.

702 INPVLSVM ROSTRIS S· M· pone erat ut sono fluctuum proderetur.

704 ERGO HOSTES PORTIS ordo: ergo hostes muris portisque recepti. quas portas fides conuersa soluerat.

707 ORA portus. PETVNT PELAGVSQ· D· CONTINGERE C· uenire.

---

1 esset· *C* || 2 dolet· | IPSIUS POR TISITUM HAEC PIC TURA · DEMONSTRAT *addita inepta figura C* || 5 gaurus mons est frigię · ł sicilię Taurus uero mons campanię *B* || 7 scemas *pr C* || 9 serse· *C* || 11 arantur *C* || 13 soenas admoueat *C* || 14 Fatigia *C* || 15 dere carnis *C* | 16 tenebraru · V · L · *C* || 17 cla[mor n]auticus *ras. C* || praecipit sociis sic̄ *B* || 18 celeumate *CB* || 19—21 libram *etiam B* || 20 septembri In ultima parte uirginis sol erat et iam illustrabat brachia scorpionis que libram dicunt· nam mense septembri erit· *B* || enim *om B* || kl̄dr (*i. e.* kalendarum) *C* || kł *B* || octō *B* || 21 libram· et mane adueniente uirgo libram praecedit suo ortu *B* || bracias corporis celas *C* || 23 baturas *C* || foebum *C* || 25 *ex scr.* prope aberat? || fructum *C* || 27 ·h (*rubro*) Ergo *C* || *scr.* portis murisque.

710 ARTIOR EVBOICA QVAE CALCIDA V · V · Euripus. freto enim angusto Boeotia diuiditur ab Euboea quod Euripum uocant.

711 HIC HERERE RATES GEMINE duas inquid naues excepere manus. 'classibus paratae' hoc est, quae totam classem expugnare possent, si coepissent.

715 VT PAGASEA RATIS Pagasea ciuitas in Thessalia est, unde Iason profectus est.

716 CIANEAS CAVTES nigras.

719 ET STATVRA REDIT hanc enim dicitur habuisse ut tam diu concurreret, quam diu non euasisset quod per eam transiret. IAM FOEBVM VRGERE MONEBAT ut oreretur.

731 QVAERITVR INDIGNE SEDES LONGINQVA R · 'indignae' ideo quod nefas esset sic obire Pompeium.

734 PROCVL HOC ET INORBE REMOTO A · F · N · ut nemo sciret ubi Pompeius occideretur.

---

1 atio re uoica *C* || 2 boctia *C* || 4 excipere *C* || 7 pagagea *C* || pagassea ciuitasiljtessaliae unde *sic C* || 9 Cyanas gemmas dicimus nigras *B* || 10 *intercidit* consuetudinem *uel* legem || 12 transi ret (r *in litura*) *C* || monerat *C* || 13 longitiuar *C* || 15 & narbere moto *C* || 16 upi *pr C*.

Marci | annei · Lvcani · Conmentum · | explicit libe · secundus Incipit · Iii *C*.

berns...

LIBER TERTIVS

1 PROPVLIT VT CLASSEM VELIS ordo: ut propulit. 'propulit' autem 'porro inpulit.' VELIS AVSTER INCVMBENS pro aquilone, usus poetica licentia. aquilone enim ab Italia ad Epirum nauigatur.

2 MEDIVMQVE RATES M· P· zeugma: ut tenuere.

3 OMNIS IN/ONIOS S· N· F· non 'Ionios' sed 'in Ionios', ut sit: in illam rem.

4 SOLVS ABHESPERIA NON F· L· T· M· Virgilius 'interea medium Aeneas iam classe tenebat . . . moenia respiciens'.

5 DVM PATRIOS ORTVS zeugma: cernit.

6 ADVISVS REDITVRA SVOS προμάντευσις. TECTVMQ· CA-
39u CVMEN | N· zeugma: dum cernit.

8 INDE SOPORIFERO C· L· 'inde' non ex illo tempore, sed ex illa re, id est cogitatione.

11 FVRIALIS furibunda.

13 MANESQVE NOCENTES 'manes' dicti eo quod a nobis manent [et fluant].

14 POST BELLVM CIVILE TRAHOR post bellum ad Stigias tenebras trahor.

16 ACERONTIS ET VSTI P· Pyriphlegethon.

17 INMVLTAS LAXANTVR TARTARA POENAS euacuantur. Virgilius 'laxatque foros'.

19 LASSANT RVMPENTES S· P· adsiduitate pereuntium.

20 CONIVGE ME dum me coniugem haberes.

22 DETRAHERE INCLADEM FATO DAMNATA MARITOS sicut Crassum. unde et ipsa 'me pronuba ducit Erinis'.

---

2 Protulit ut *C* || 3 Velig caus ter *C* || 4 aculoneus us *C* || 7 omnis inge nio S·N·F· *C* || sed inioruos *pr C* || 9 abesperia *sscr* h *C* || *Verg. Aen. V* 1. 3 || 12 ſuo · promatesis *C* || 14 nonillotempr (*sscr* ex) *C* || 17 eo *om B* || 18 et fluant *eicit A. Kiesslingius:* i· fluant · animae scilicet *B* || 20 taenebras *C* || 21 piriflecae ton *C* ipse est flegeton *B* || 23 *Verg. Aen. VI* 412 || 26 marotas *C* || 27 ipsa *ap. Luc. VIII* 90.

23 PELEX CORNELIA 'pelex' proprie est quae in locum dimiss*ae* nubit, non defunct*ae*, eo quod in se alterius mariti animos perliciat. TEPIDO BVSTO recenti siue Crassi siue meo, quod est maioris inuidiae. et est ordo: innubsit tepido busto pelex Cornelia semper potentes maritos fato damnata detrahere in cladem.

25 DVM NON SECVROS propter cogitationem. DVM NON SECVROS LICEAT MIHI C· SOMNOS dum liceat mihi tuos somnos rumpere et non securos facere. SOMNOS tuos scilicet.

27 SED TENEAT C· deest 'te'. SED TENEAT CAESARQVE DIES ET IVLIA N· bene diuisit diem bellis, somniis noctem.

29 REGESQVE SILENTVM P· S· Pluto et Proserpina.

31 NVMQVAM TIBI MAGNE PERVM*BRA*S P· M· M· G· N· E· L· numquam tibi licebit non esse, sed esse. id est, eris gener.

33 ABSCIDIS FRVSTRA FERRO TVA PIGNORA adfinitatis cognationem. BELLVM TE FACIET CIVILE MEVM obscure mortem Pompeio denuntiauit. geris, inquit, bellum ciuile, ne meus sis, sed bellum ciuile faciet ut meus sis. cum morieris, eris mecum aput inferos.

35 PERAMPLEXVS TREPIDI DELAPSA M· ut discessu tangeret uirum.

37 MAIOR INARMA RVIT CERTA C· M· M· sciens se moriturum.

38 VANI TERREMVR I· VISVS huius uani uisus.

39 AVT NIHIL EST SENSV*S* | A· A· M· R· A· M· I· N· sillogismus: si non sentiunt umbrae, uana sunt quae uident*ur* 26 nob*is* timenda, si uero sentiunt umbrae, mortem timere non debeo, quoniam nihil est mors si habet sensum sicut uita. ⟦SI NIL EST SENSVS ANIMIS A MORTE R· A· M· I· N· unum Epicureorum, alterum Stoicorum. aut manes non meminerunt factorum, aut si meminerunt, mors nil est.

40 TITANES Caeli et Terr*ae* fili.

---

1 propriae · ē· *C* dicitur *B* || quae loco *B* || 2 et non defunctae nubit. et quod anîmos alterius alti (*sic del.*) mariti pelliceat · coniunx utroque ſexui copulatur · coniunx uir · et coniunx mulier *B* || 4 tebido *C* || 6 claudæm · *C* || 8 c· *C: scr.* R· || 9 securo *pr. C* || 11 iulian// · *C* || 11 uillis normis noctem *C* || 13 perũ · s · p · m · m · o · *C* || 16 obsecurę *C* || 17 denunciauit *C* || 20 delatus · a · m · *sic C* || 25 sẽsu · a · *C* || M · R · ⟧ R · M · R · *C* || sillogimus *ex* sollogimus *corr C:* Syllogismus cornuatus utrimque dispertitus *B* || 26 uident nontimenda *C* || 30 altorũ *C*.

43 SEV IAM PLENA FVIT qualis est luna VII uel XXII· TVNC OBTVLIT HOSPITA T· Dirracium uel Epirus uel Corcira uel Macedonia.

44 LEGERE RVDENTES uerbum est nauticum 'legere'.

46 CAESAR VT EMISSAS V· R· C· de Brundusio.

47 ET LITORE SOLVS D· S· H· sine Pompeio, ut est 'sola domo maeret uacua'.

51 PRECIPITI F· VIRO ad omnia properanti. NEC VINCERE TANTI V· B· D· E· plus doleret differre quam uincendo gauderet. plus molestiae ingerit sera uictoria.

52 VT BELLVM DIFFERRET E· TVNC dum differret.

54 VANOS POPVLI AMORES qui nulli prodessent ut Pompeio.

55 GNARVS ET IRARVM CAVSAS E· S· F· A· sunt qui sic legant ut sit ablatiuus 'annona'. et est ordo: gnarus Caesar et irarum causas et fauoris summa momenta. ⁋ GNARVS ET IRARVM CAVSAS sciens et irae et fauoris momenta annona trahi, ut *si* deesset, odium, si abundaret, amor consequeretur. unde et 'momenta' proprie quasi incerta utraque. ⁋ SVMMA FABORIS ANNONA summa momenta esse fauoris annonam.

56 NAMQVE ADSERIT VRBES S· F· cum esurierunt populi sentiunt libertatem. 'adserit' autem uerbum est iuris.

57 EMITVRQVE METVS ut quiescant *et discant* seruire abundantia uictus.

58 NESCIT PLEBES IEIVNA TIMERE nec mortem metuit fames.

59 CVRIO SICANIAS TRASC· I· I· A· ut *ait* Liuius, Marcum Catonem expulit prouincia.

61 MEDIAS FECIT SIBI LITORA TERRAS definitio insulae. AD MEDIAS TERRAS 'medias terras', nam duo litora sunt
40u cum in medio | mari est.

---

2 epirũ *C* || 5 Caesaru temisas· *C* || 7 *Verg. Aen. IIII* 82 || 8 F·] ·P· *C* || 9 dolor& *C* || 12 ut Pompeio *om B* || 15 sic (c *in ras.*) *C* || legantur ut *C* || annon&eft *C* || 16 Gnārus *C* || 18 utde·eẽt· *C* || habundaret *ut u.* 25 habundantia *C* || 19 propriae *C* || 24 est emiturque *C* || quiescant ſeruire *C. an* suescant? || 28 Cuicio *C* || A· *C puto* auras *i. e.* oras || utlibius *C: libro CVIIII extr., sed tacet periocha* || 30 definicio *C* || 31—32] duo .... est insula *B* || li[tora sunt] *cum litura C* || littora *B.*

62 SEMPERQ· LABORANT A· hoc ἐν ἐξουθενισμῶι pronuntiandum est.

63 CONFINIA quae discesserant.

64 BELLAQVE SARDOAS ETIAM S·I·O· Quintus Valerius Orca in Sardiniam est missus a Caesare. 'etiam' autem, sicut (Curio) in Sicilia*m*.

66 NEC PRIVS HESPERIAM LO*N*GI*N*QVIS MESSIBVS V·N·R·M·C·H·T· non prius ex longi*n*quis, quam ist*a*e proximae quae sunt. nam et ist*a*e primae coeperunt Romanis frumenta dirigere. est autem ordo: nec prius nec magis ull*a*e terrae longi*n*quis messibus Romana horrea conplerunt quam Sicilia et Sardinia.

68 VBERE VIX GLEBA SVPERAT C·A· ut et cum austri cessant quibus gaudere consuerunt, haec tamen licet cum difficultate frumentis abundent et pares sint anno quem imbribus Africa magnum habuerit. ⟦VBERAE VIX GLEBA SVPERAT C·A· Siciliam et Sardiniam Africa, inquid, fertilitate uix superat, cum austro cessante nubes boreas in eam adpellit crebrisque imbribus magnum eius annum facit. CESSANTIB· AVSTRIS quoniam semper messes auster conficit. ⟧ quoniam ardore sui consumit, hoc *est* in Africa.

76 QVAS POTVIT BELLI FACIES zeugma: praemitterè. VT VINCVLA RENO O·D· μετωνυμικῶς locutus est pro regionibus uictis ac populis.

77 CELSOS VT GALLIA CVRRVS N·E·F·S·M·B· celsos currus nobilis Gallia sequeretur mixtis Britannis.

81 NEC CONSTITIT V·OBVIA TVRBA D· ut felicia diceret.

83 MALET pro 'mauult' posuit.

82 GAVDET TAMEN E·T·TAM MAGNO P·E·S·N·M·A· odium ex metu uenit. nam quos timemus odimus.

84 IAMQ· ET PRAECIPITI*S* S·A·V· iam Tarracinam transierat. ANXION oppidum.

---

1 laborantia hocene ΕΟΥΘΕΝΙΣΜΩ (*graecae litterae rubro pictae*) *C* || pronunciandū *C* || 3 disces cesserant *C* || 4 *Liuianum est. cognomen tacuit Appianus b. c. II* 40, *et praenomen et cognomen Caesar b. c. I* 30 || 5 Orca *om B* || sardiam missus est *B* || caesare sicut curio in *B* || 6 sicilia *CB* || 7 logiquis *C* || 8 c·] E· *C* || ex] a *C. fort. scrib.* ullae ex || 15 habundent *C* || anno quē quē *C* || [africa magnū] hab[uerit] *ras. C* || 19 caessantib; *C* || 20 incipit *C* || 21 sui *pro* suo *fortasse librario debetur* || est *inseruī* || 23 m&onimicos *C* || 25 B·] S *C* || 27 constituit *C* || 28 *scr.* MALLET || 31 praecipiti *C* || 32 *scr.* ANXVRIS.

85 ET QVA PONTINAS VIA DIVIDIT V· P· zeugma: superauerat. 'paludes' eius Tarracinae, quas diuidit 'uia uda', Appia.

41 86 QVA SVBLIME NEMVS SCIT· Q· R· D· | cum Orestes iussu oraculi ex Taurica quae regio in Scithia est raptum Athenas pertulisset simulacrum Dianae, traditur propter crudelitatem numinis receptum non esse, *et* ob hoc deportatum in eam partem Italiae in qua nemus Aricinum est [consecratum]. quod nunc sanguine humano gaudet. nam ibi fugitiui 'reges' *tam* diu tenent templum, donec a ualentioribus occidantur, et sic subinde sacerdotium mutatur homicidio. ⁊ QVA SVBLIME NEMVS 'nemus' dicit Dianae Scithicae consecratum. ⁊ QVA SVBLIME NEMVS S· Q· R· D· in hac enim silua Scithica Diana colitur. 'regna' ideo dixit, quoniam sacerdotem fugitiuum habet, *qui* quasi tirannus in arce, sic ipse in templo eius regnum occupat, donec eum alius fugitiuus ad pugnam prouocet et occidat.

87 QVAQVE ITER EST LATIIS AD S· F· A· zeugma: superauerat. qua iter est consulibus ad Albam, hoc *est* kal. ianuariis.

88 EXCELSA DERVPE P· de tertio decimo lapide dicit.

89 ARTOI TOTO N· V· T· B· belli Gallici. sub septentrione enim posita est Gallia.

92 PROQVA PVGNAV· V· si tu desereris.

97 QVOD BELLVM CIVILE F· ut tibi uinceret, aduersum te uenerat. VRBEM ADTONITAM μετωνυμικῶς pro ciuibus dixit.

99 MOENIA ROMAE CAPTVRVM moenia pro opibus posuit.

100 FVIT HAEC MENSVRA TIMORIS existimatio, magnitudo, hoc est: hic modus in timidis fuit.

101 NON OMINA FESTA felicia, ut laurus.

103 VIX ODISSE VACAT 'uacat' pro 'sat est' posuit, ut

---

1 Leuma *C* || 2 *fort.* eiusdem || 3 oppia· *C* || 5 oracula *C* || inhis cicia est *C* || 7 credulitatē *C* || ·ēē· ob *C* || 9 nemus *ex* neusus *corr C* || 10 consecratum *inlatum ex u.* 13 || nunc] uno? || 11 reges diutent tēplū *C* || 16 hab& quasi tiranus *C* || 19 inť est latus *C* || 20 inť · ẽ · *C* || hoc kl̃·// ianuarias· *C: cf.* Peractis comitiis in campo martio kł ianuarias· ordinati consules ibant sacrificare albanum montem *B* || 22 *C:* de tertio decimo miliario *B* || 23 artoton UTB· *C* || galsubseptentrio· One (subs *corr. ex* supt) *C* || 27 M&onimicos *C* || 29 timeris *C* || 31 Nenomina *C* || ut] & *C* || 32 od[is]se *ras. C.*

sit sensus: uix (sat) e(rat) odisse Caesarem, sed uellent in eum plus aliquid (facere) si liceret. Virgilius 'hactenus indulsisse uacat'. id est, ipsa odia libere exercere prae timore non poterant aduentu Caesaris. ⁋ VIX ODISSE VACAT a nulla parte odium uacat, odisse non desinunt.

FOEBOEA PALATIA in Palatio templum Apollinis est.

104 NVLLO COGENDI IVRE SENATVS quoniam priuatus. ⁋ NVLLO COGENDI IVRE sine die curiae, sine senatu. ⁋ NVLLO COGENDI IVRE SENATVS nullum ius cogendi sena- 41ᵘ
tum habet | priuata persona. nam hoc consulibus uel praetoribus licet.

105 ELATEBRIS ED · S · NON CONSVLE SACRE F · S · non rogati ad consilium, sed tracti.

107 VACVAEQ · LOCO CESSERE C · 'loco cessere' remotae sunt. aediles autem curules patricios dicit.

108 OMNIA CAESAR ERAT et senatus et consules et dignitas. PRIVATE C · VOCIS Caesaris.

109 CENSERE PARATI non abnuere quicquid uellet.

110 SI REGNVM dominationem. SI TEMPLA SIBI ut deo. IVGVLVMQ · SENATVS mortem.

112 TAMEN EXIT INIRAM quamquam irae non paretur.

113 PERVNVM L · E · V · Metellum uel Gaium Coponium dicit.

118 VSQVE ADEO SOLVS FERRVM M · Q · T · A · N · A · *ut Virgilius* 'quid non mortalia pectora cogis auri *sacra fames*'.

120 ET PARS VILISSIMA RERVM C · M · O · quid sunt opes? pars uilissima rerum.

122 TRIBVNVS Metellus.

124 NVLLASQ · FERES NISI SANGVINE SACRO S · R · O · legem enim tulerant, ne quis eos manu uiolaret. 'sacer sanguis' tribunorum, quoniam hi sunt species uel imago totius populi Romani.

---

1 uix ... 2 liceret: *cf.* 1 · uix sat erat odisse caesarem · sed uellent amplius facere si possent · et si liceret *B* || 1 uixeōdisse *C* || 2 *Verg. Aen. X* 625 || actenus *C* || 3 hodia *C* || 5 uacat id ēe non *C* || 8 nulla *C* || 9 nullius ius || 12 EDRNO·N· Consule *C* || 14 ces sare *C* || caessere romote *C* || 15 curiles *C* || 16 et senatus et consul et praetor *B* || 21 exitine ram· *C* || daretur *C* || 22 copiniū *C. num hoc ex Liuio tractum? at uix credibile uidetur Cōponium praetorem Romae Caesarem exspectauisse cf. Cic. ep. ad Att. VIII* 12, *A extr.* || 24 *Verg. Aen. III* 56 || 25 auri · s · r · *C* || 26 c·] ·o· *C* || 29 ferens *C* || s·] h s· *C.*

125 SPARSAS RAPTOR OPES iam animo tuo per exercitum diuisas.

CERTE VIOLATA POTESTAS I · I · D · duplex sensus est. aut hoc dixit: mori pro patria magnum est, quoniam huius modi diuinis honoribus cumulantur. aut certe dicit: si uiolaueris, deos ultores inueniam, quibus te uoueam ut me defendant.

126 CRASSVMQ · INBELLA SECVTAE S · T · V · P · D · Crassus cum sibi interdiceretur a tribuno ne ad bellum Parthicum proficisceretur, dicitur eum tribunum reppulisse, illum uero deos praesides legis suae inuocasse, (ut) si quid religionis in consecratione esset, morte Crassi in bello se uindicarent. atque ita obisse Crassum.

127 TRIBVNICIAE DIRAE ab Ateio tribuno deuotus est. VOVERVNT *pro* 'deuotauerunt' posuit, nam uouere dicimus sacrum.

129 DESERTA STAMVS INVRBE tui causa facinoris.

130 SCELERATVS MILES pro 'scelestus'.

132 PACIS ADEXAVSTAS SPOLIVM NON COGIT EGESTAS cum sint quos subicere possis.

134 VANA SPE M · H · C · ut pro re publica pereas.

42 137 NVLLVS HONOR FACIET non tribunatus | sed nec consulatus. Virgilius

'numquam animam talem *dextra* hac, *absiste* mouere'.

137 TE VINDICE T · R · L · ironia pronuntiandum.

140 MALINT A CAESARE TOLLI 'tolli' antiquari.

143 OBLITVS SIMVLARE TOGAM μετωνυμικῶς pacem.

142 SEVOS CIRCVMSPICIT ENSES *s*aeuituros aut certe quod enses *s*aeuitiae sint.

---

2 diui[s]as (*priore* s *in ras. II litterarum*) *C* || 3 Certae *C* || I·S·D· *C* || 4 propatriã *C* || 8 secuta es ·TV·P·d· *C* || casus *B* || 9 particum *C* || 10 proficisciretur *B* proficisseretur *C* || eum *om B* || reppulsisse *C* || ille *B* || 11 suae dicitur inuocasse *B* || ut *B: om C* || 12 inconsecrationem *B* || esset *C:* esset eorum *B* || in bello *om B* || 13 atque ita interiit *B* || 14 auebio tribuno deuotum est· *C correxi cl. Plut. Crass.* 16 *Cass. Dion. XXXVIIII* 39, *quamquam existimes* a Baebio *latere* || 15 pro *inserui* || 17 desertas tam̃ *C* || 20 cum sint populi quos possis subigere *B. inde fort. reponendum erat* subigere || 21 *scr.* VANAM SPEM || 23 *Verg. Aen. XI* 408 || 23—24 uhAm *rubro C* || 25 Teuindi c& R·I· *C* || yronia · Tunc permiscerentur summa imis · si a caesare leges tollerentur · et a metello seruarentur *B* || 27 metonimicos *C* || 29 siuitiae *C.*

143 TVNC COTTA METELLVM I· Cotta collega Metelli.

145 LIBERTAS INQVID POPVLI Q· R· C· L· P· sub imperatoris potestate libertas excedit. aut si uoluerit quis sequi suam libertatem, etiam ipsam umbram libertatis amittit. qui enim sub iugo agit si se exeruerit in nimiam libertatem, per ipsam perit. cuius libertatis uel imaginem reseruabis, si praecepto parueris.

148 VENIA EST HAEC SOLA PVDORIS 'uenia est haec sola pudoris' referendum est ad supra dictam ueniam, ut fiat nihil potuisse non imperari a Caesare. 'uenia' enim hic pro imperatione posuit. ut Virgilius 'orantes ueniam'. ⁋ VENIA EST HAEC SOLA P· haec sunt uictis solacia ut in omnibus pareas cui in nullo possis resistere.

150 SEMINA B· pecuniam.

151 DAMNA MOVENT POPVLOS S· S· I· T· 'damna mouent populos': noli, inquid, damna moueri. etenim illos populos mouent damna qui suae condicionis sunt. nam qui dominum habent, si eguerint, periculo eius laborant id est ei moriuntur et pereunt. ⁋ DAMNA MOVENT POPVLOS quorum ualent leges. SIQVOS SVA IVRA TVENTVR qui per libertatem ipsi se sustinent.

152 NON SIBI SED DOMINO G· E· Q· S· E· cum nec escarum fuerit patriae quantitas, qui in dominatu fuerit laborabit. GRAVIS EST illi est oneri.

154 TVNC RVPES TARPEIA SONAT 'tunc rupes Tarpeia sonat': tunc uicinum Capitolium aerario uocem testimonii accommodat per echo. aut rupem Tarpeiam ipsum aerarium dicit, quod sit in imis Tarpei montis radicibus situm. fracto enim aerario Caesar protulit ex eo auri pondo quatuor milia ·CXXX· quinque, argenti pondo prope nongenta milia.

157 QVEM PVNICA BELLA quoniam Scipio fisco donauit | quae Afris abstulerat. 42ᵘ

---

3 libertas estsedit aut *C* || sequis suã *C* || 4 amitit *C* || 6 libertatem uel *C*. *an* libertatis umbram uel? || 11 potuit *pr C* || *Verg. Aen. I* 519 || 12 *fort.* uicti || solatia *C* || Vt — 13 resistere *B* || 13 pereas *C* || cum *B* || 18 dominiũ *C* || 20 reges *C* || 22 cum necessaria *C* || 23 laborauit *C* || 26 *cf.* quia aerarium uicinum erat capitolio *il B* || 27 eco *pr* heco *corr C* || 29 protulit ... 30 milia *ex Oros. VI* 15 *p.* 415 *Hau.* || 29 qua tuomilia *C* || 32 quae] qm̃ (= quoniam) *C an scrib.* quem *cl. Luc.* 157 *sq.?*

158 QVEM DEDERAT PERSES Perseus uel Perses rex Macedonum fuit, cum quo Aemilius Paulus post multa proelia ante acta bellum atrox gessit et uicit. qui e proelio cum equitatu fugiens captus est et in triumphum cum filis ante currum ductus, ac post aput Albam in custodia defecit. cuius filius iunior fabricam aerariam Romae didicit ob tolerandam inopiam ibique consumptus est.

QVEM VICTI PRAEDA FILIP· Filippus [Alexandri pater] de quo triumphauit Quintius Flamininus.

159 PIRRVS Pirrus Epirotarum rex de quo triumphauit Curius Dentatus.

160 QVOD TE FABRICIVS R · N · V · A · Fabricius Luscinus bonus consul philosophus, ad quem misit Pirrus ut sibi Romanum exercitum proderet accepto auro. qui legatis inuentus est sicut consueuerat rapas sibi coquens. quibus sic renuntiauit: 'populus Romanus semper ipsis est solitus imperare qui aurum habent'. qua re cognitus Pirro factus qualis esset. rursus ad eum misit, uti ad se ueniret et communi consilio exercitus iungerent. cui Fabricius: 'non uereris, ne propter meam aequitatem a tuis militibus destituaris?'

161 PARCORVM AVORVM frugalium.

162 QVOD DITES ASIAE POPVLI M· T· Asia prouincia ab Attalo rege Romanis testamento relicta tributa pendit lege Graecanica.

163 VICTORIQ· DEDIT M· C· METELLO Metellus imperator Cretam uicit. unde Metellus Creticus dictus est Numidici filius.

---

1 machedonū *C* || 2 cum .... 7: *commentator Orosium IIII* 20 *p.* 276 *conpilauit* || 4 aequitatu *C* || intriūphū *C:* in triumpho *Oros.* || antecircum *C* || 5 ductus *C:* actus *Oros.* || incustodiā *C* || 6 obliterandā inopiā *C ex Or. correxi* || 8 uici praeda filii *C* || alexandri pa͂ *C:* patris alexandri *B. malui includere quam ridiculum errorem corrigere* || 9 quintus *CB* || flāminius *B* || 10 Pyrrus rex epirotarum fuit · de quo primum triumphauit curius dentatus deinde fabricius *B* || 12 lus cinius *C* || 15 *fort. scr.* rapa || sibi consequens *C* || 16 renunciauit *C* || 20 p̄pt ineā *C* || deſtruaris· *C fort.* deseraris || 23 prouintia *C* || 24 romani festa mento *C* || 25 grecana· *C* || 26 Uictoriaq: *C* || 27 cretus *C* || *Creticus de cuius origine cf. Drum. h. Rom. II p.* 50 *cum Pio cos. a.* 674 *confunditur.*

164 QVOD CATO LONGINQVA VEXIT S · AE · CYPRO Cypri rex Ptolom*a*eus populum Romanum fecit heredem. Cato iussu senatus abiit ad exequendam hereditatem.

166 QVAE POMPEIANIS PRELATA EST GAZA ordo: ultima gaza id est ab ultima orbis parte adlata.

169 INTEREA TOTVM MAGNI F · P · O · parecbasis. 'Magni fortuna' ac si filius non esset missus.

171 PROXIMA VICINO VIRES DAT GRECIA B · prima ergo Gr*a*ecia fauet, non Dirracio proxima, ubi erat Pompeius, | sed proxima Epiro. ibi enim dimicaturi erant. 43

172 FOCAICAS A · MANVS zeugma: misit. AMFISA ciuitas. 11

173 PARNASOSQ · IVGO M · D · V · Parnasos Focidis, de quo Ouidius 'mons ibi uerticibus ferit arduus astra duobus,' sacer Apollini et Libero.

175 FATIDICA CEFISOS A · non diuina, sed quoniam hic fluuius proximus sit Parnasso monti diuino, unde responsa dantur. CADMEAQ · DIRCE eo quod Th*e*bas Cadmus condidit, ubi est fons Dirce.

176 PISAEQ · MANVS Pisa ciuitas iuxta Elidem.

177 SICANIIS ALFEVS A · Virgilius 'Alfeum fama est huc Elidis amnem'.

178 HERCVLEAM OETEN quod in Oeta monte Hercules arserit ueste Nessi sanguine tincta a Deianira accepta. MILES TRANCINIVS Trachin regio Th*e*ssaliae.

179 THESPROTI gens Th*e*ssaliae a Th*e*sproto rege. DRIOPES gens Epiri. Virgilius 'Cretesque Driopesq*ue* f*remunt*.' QVERCVSQ · SILENTES C · V · L · V · S · '*si*lentes' sine responsi*s*. aliquando enim per colum*b*as ibi responsa dabat Iuppiter. SELLAE cultores anti*qui* Ch*a*oniae regionis.

181 EXAVSI*T* TOTAS QVAMV · D · A · 'quamuis': quamuis

---

1 *hiatum sic fere expleas* pons aquas fluuii uel hiberno tempore, *nisi plura desunt* || 2 uetiꝫ rippas *C* || 3 *sequitur adumbratio castrorum Pompeianorum, pontis cet.* || 5 hostea uocant *C* || aties *C* || 6 p̃munꝫ *C* || 7 frangunt *C* || A·] e *C* || 9 tumultū· *C* || C] E· *C* || 10 *fort. scriptum erat* subaudis [omnes. nam supra ait:] nulli — || 11 *deest scholion* || 12 *deest lemma. commentator fort. non* producere *sed* praecingere *legebat* || 13 totius *C* || *immo* recederent || 16 obponer& *C* || 18 nichil *C* || 22 inceptis mozib; *C* || 24 Mittonimicos sicon *C* || *Luc. IIII* 652 || 25 pigro ·s· G· *C* || 27 aezere *C* || 28 *fort.* uerbaliter *aut* ad ueritatem || 29 *Verg. ge. I* 93.

55 HIBERNO DVRA SERENO quod in hieme glacie constricta sit qu*a*e sereno fit durior.

57 SIDERA RESPICIENS D·P·E· ex duodecim signis arietem uult intelligi ac per hoc mensem martium. illum autem dicit qui Frixum et *H*ellen uexit. RESPICIENS proprie, quod inuicem se signa respiciant. ordo est autem: uernus portitor recepit calidum Titana. ⁋ SIDERA RESPICIENS quod sic inter XII signa pingatur aries ueluti retrorsum respiciens. PORTITOR pro 'portator'.

58 ATQ· ITERVM AEQVATIS uere 'iterum', quoniam bis in anno fit, ut solstitium. est enim aequinoctium uernale *et auctumnale* sicut solstitium aestiuale | et hiemale. 51ᵘ

58 ADIVSTE PONDERA LIBRE uernale aequinoctium: luna recedit a sole.

60 QVO PRIMVM CORNVM DVBITANDA REFVLSIT cum nata esset, tertia*m* lunam dicit; nam prima et secu*n*da prorsus non uidetur, quoniam ante solem occidit. tertia iam permanet a sole et in sereno occasu uidetur leuiter. sic autem posuit 'dubitanda', sicut Vergilius

'aut uidet aut uidisse putat per nubila *lunam*'.

61 EXCLVSIT BOREAN ἀντὶ τοῦ excessit bore*a*e partes. FLAMASQ· ACCEPIT I·E· quarta luna.

63 NABATEI*S* FLATIB· orientalibus. Nabat*a*e gentes [Indi*a*e] orientalis regionis.

64 ET QVAS SENTIT ARABS zeugma: nebulas.

67 QVICQVID DEFENDERAT I· defenderat ab ardore solis.

68 INCENDERE DIEM N·O·R· coruscationibus.

69 GRAVES plen*a*e pluuiis. INCVMBERE MVNDO stare non potuerunt in meridianam plagam sed in occasum.

70 SED NIMBOS RAPVERE F· quos emissurae erant si in Hispaniam agerentur.

71 ET NOTOS australis.

70 ARTOS septemtrionalis.

1 inhiemaglaties *C* || 4 ac] Hac *C* || 5 etellē *C* || 7 recipit *C* || 8 singa *C* || rotrorsum *C* || 11 fit *sc. aequinoctium* || 11 *et* 13 aequinotium *C* || 15 cornum *sic C, cf. Prisc. VI* 20 *p.* 211 || 16 secula *C* || 17 tertiam aimpermanet *C* || 18 occasu (u *ex corr.*) *C* || 19 dubnanda *C* || *Verg. Aen. VI* 454 || 20 pernubilat////L *C* || 21 antitu *C* || horae *C* || 22 Quata *pr C* || 23 nabater *C* || indie *C; adscriptum fuisse uidetur* Iudaeae *cf. V* || 28 fluuiis *C* || 30 sinonspaniam *C* || 33 septemptrionalis *C*.

71 CALPE mons Hispaniae.

73 CARDO TENET TETIN coniux Oceani, sed nunc oceanum dicit. τροπὴ ἀντονομασία.

74 CONGESTVMQ· AERIS A· ipsam nubium collectionem.

75 VIX RECIPIT SPATIVM a quo caelum ac terra disiungitur. et est *hyper*bole.

76 IAMQVE POLO PRAESSE sic dixit premi nubes caelo ac terra et fluere, ut spongia*m*. quod incredibile est.

79 HINC INPERFECTO CONPLECTITVR A·G· quando perfecta est iris, serenitatem significat, quando inperfecta, tempestatem.

80 VIX VLLA VARIATVS L·C· scimus enim in tenebris omnia unius coloris effici. Virgilius 'et rebus nox abstulit atra colorem'.

81 OCEANVMQVE BIBIT 'et bibit ingens arcus'.

82 ET CAELO DEFVSVM R·A· † Iam adducata sal seginonubibus aetere.

90 NON PECORVM RAPTVS FACILES pr*a*eda uel uenatione, et quoniam milites 'conuectare iubet pr*a*edas et uiuere r*apto*'.

97 NON DEEST PROLATO I·V·AV· propter utensilia.

96 PRO LVCRI PALLIDA TABES tropus eruptio.

100 ABSORSIT PENITVS RVPES notandum 'absor*b*sit', cum 'absorbuit' dicamus. Plautus 'quid enim absorbui?'

52 101 SVBITISQ· | FREMENTES VERTICIBVS C·A· ordo: una palus omnia texit, omnia abstulit, frementis denique aquas subitis uerticibus contorsit. ET REPVLIT A· repulit a se aestus oceani, *oceani* aestibus ipsa fortior.

104 RERVM D·M· DEFORMIS CAELI FACIES 'et rebus nox abstulit atra colorem'.

105 DEFORMIS CAELI F· non propria sed illa quae de nubilo erat.

---

1 ispaniae *pr C* || 3 tropeantonomasia *C* || 4 eris v *C* || 5 aequo caelumacterram *C* || 6 estIr bole tamque *C* || 8 sfongia *C* || 9 perfecto *C* || 12 uariatus *uitiose iterauit C* || 13 *Verg. Aen. VI* 272 || 15 *Verg. ge. I* 380 || 16 *latet ni fallor poetae dactylici pannus, fort.* aquam adlicit a sale gyro | nubibus aethereo, *sc. Iris* || 18 *immo* praedam uel uenationem || 19 *Verg. Aen. VII* 749 *nisi quod is* iuuat || uiuere r *C* || 20 Propt̃ tutensilia *C* || 21 Trorus *C* || .22 rariitus *C* || 23 absorsit *C: sed* ʌbsorbsit | ʌbsorbuit *adscripsit in marg. corrector saec. X. cf. Caper p.* 2240 *P.* || absoc buit *pr C* || 24 unam *pr C* || 25 frementis *sic C* || 26 &repleta *C* || 27 forcior *C* || 28 dm *inter l. C* || *Verg. Aen. VI* 272.

106 SIC MVNDI PARS IMA IACET ἀρκτική.

109 SED GLACIE MEDIOS SIGNORVM T·I· inter aestiuum *et hiemalem* circulum. MEDIOS qui sunt inter niuales plagas et mediam feruentem zonam, temperantur torriditate medii solis et uicinitate ex utraque parte extremi frigoris.

110 SORTE SECVNDA post Iouem.

116 RENVS Galliae fluuius.

117 RODANVS Galliae fluuius.

119 PIGRAS PALVDES M*a*eotidas.

122 PLENA REDIT in omnibus fauens.

123 ET VENIAM MERVERE D· dis ignoscere est quod *di* dederint aequa mente tolerare. Virgilius 'nec diuum parcimus ulli': non enim fuit contentus quod euenissed mors filio deorum uoluntate, sed uult mori. an quoniam *contra* Caesarem dii fecerant, eius facti ueniam meruerunt, dum fiunt prosperi?

126 SERVATOQ· LOCO RERVM contra illud quod supra 'rerum discrimina miscet deformis caeli facies'.

127 ET IMA PETIT QVICQVID PENDEBAT A· quicquid adhuc humoris in aere fuit, fluxit ad ima terrarum. in astris enim locus flamm*a*e est.

128 TOLLERE S· extollere.

129 VISAQVE DIE DVRES*CERE* zeugma: incipiunt.

130 VTQVE HABVIT RIPAS S·C· bene 'habuit', quasi refluente unda enasci uideretur.

132 *T*EXITVR INPVPEM Virgilius 'domatur im burim'.

136 MEMFIS ciuitas Aegypti. PAPVRVS generis feminini.

137 FESTINAT VTRI*M*Q· SVCCISVM C·N. non utrimque succisum, sed succisum nemus utrimque curuare festinat. CVRVARE NEMVS naues facere.

---

1 artice *C* || 3 et hiemalem *inserui* || internubiles *C* || 7 genus *C* || 8 Rodamus *C* || 9 meotidas *C: fort. exempli prolati reliquia est* || 10 fallens *C* || 11 ueniam] uenit iã *C* || quodiderint *C* || 12 *Verg. Aen. X* 880 || parom; ulli *C* || 14 *non plene haec tradita sunt. expectes:* sed uult uel contra deorum uoluntatem et ipse mori *sc. Mezentius Vergili* || contra *ex A suppleui* || 17 supera *C. u.* 104 || 18 caelis *C* || 20 inastrīs *C* || 24 ripias *C* || 25 undanesciui derentur *C* || 26 exitur *C* || *Verg. ge. I* 169 *sq.* || donatur imburi *C* || 27 uapurus genr̄ fem̄· *C* || 29 utrumque *C.*

143 DAT POENAS MAIORIS A· licentia poetica. POSTQVAM OMNIA FATIS C·I·V· prospere cedere.

145 NOTI ORBIS *pro* regione.

146 INDOMITOS Q· POPVLOS Cantabros.

150 SED DVRVS FLVVIVM SVPERARE L· zeugma: iussit.

52ª 155 INMEDIVM SVRGENTE | D· die surgente in medium.

156 CARPIT AEQVES Caesarianus.

157 ADTOLLVNT CAMPO GEMINE I·S·R· ordo: geminae rupes adtollunt campo iuga saxea in media ualle concaua.

162 INQ· FERAS GENTES C·V· ad Cantabros.

169 POSTQVAM SPATIO LANGVENTIA N· quae non languescerent propinqua cernendo.

175 RVPIT AMOR LEGES scilicet militares.

176 IN AMPLEXVS PERFVS*AS* T·P· audent.

177 VOCAT ILLE PROPINQVI ἀπὸ κοινοῦ nomen.

178 CONSORS AETAS PVERI*LIBV*S condiscipulatus.

180 SINGVLTIBVS OSCVLA R· intercedunt osculis fletus.

185 VSQ· ADEONE TIMES Q·T·F·I·T· quis enim nescit multos plus uno posse?

188 ET CAESAR GENERVM PRIVATVS AMAVIT amoris tria sunt genera, inpurus communis sacer. inpurus est in adulteriis et corruptelis, communis in coniugibus, sacer in amicitiis.

189 NVNC ADES AETERNO CONPLECTENS O·N·O·R·M· S·C·M·E·S·O·A· nunc ades concordia salus mundi et rerum et sacer orbis amor aeterno conplectens omnia nexu.

191 MAGNVM NVNC SECVLA NOSTRA VENTVRVM D·H· aut belli inminentis subaudimus discrimen habituros tunc temporis populos, aut posteros uenturos de *s*aeculo tali magnum discrimen habituros cogitantes etiam agnatos inter se dimicasse, poterit enim et ipsos non pigere talia facere hoc exemplo.

192 PERIERE LATEBRE culpa huius certaminis non po*te*st excussari.

---

3 Noci *C* || pro *inserui* || 5 durus *sic C* || 6 dieꝫ *C* || 7 caeꝫ sari· annus *C* || 8 gemines· s·R· *C* || 9 saxe· A· in *C* || 10 Iuq: *C* || 11 patio *pr C* || 15 uocant *C* || apocinomen· *C* || 16 pueri· B·S· *C* || 21 generaꝫ inforus *C* || Inferus est *C* || 24 Nunccadens *C* || conplextens *C* || 25 S·C·] S·E· *C* || Nuncadens *C* || 27 aul *pr C* || 30 a&iã agnitos *C* || 33 Pergere *C* || huIus (Iu *ex corr.*) *C* || n̄post *C.*

197 DVRA CONCORDES CESPITE M·I· militari more.

198 ET PERMIXTO LIBAMINE V· communibus poculis.

199 GRAMINEI LVXERE FOCI *fa*eno incensi.

200 INSOMNES NOCTES in uigilia.

202 FORTIA IACTANT proferunt.

203 ET DVM MVLTA NEGANT qu*a*e erant in scelere.

204 EST [A] MISERIS RENOVATA F· amicitiae et caritatis. ATQ· OMNE FVTVRVM C·A· N· creuit amore nefas, cum eum quem amasset occideret.

206 COGNITA PETREIO deest 'sunt'.

207 FAMVLAS DEXTRAS seruo*rum*. ‖ ministras.

215 DVM FERRVM quo possimus defendi. INCERTAQVE FATA quos prouehant quos elidant. INCERTA FATA qui uincitur | non se dedit, sed liber occumbit, quae in bello se- 53
cunda fortuna est.

216 QVIQVE FLVAT MVLTO NON DE· V·*S*· cum constet exercitus.

217 DAMNATAQ· SIGNA FERETIS signa uestra a uobis damnata.

218 VTQ· HABEAT F·N·D·C· EXORANDVS E· hoc enim superest, ut rogetur ut imperet.

219 DVCIBVS QVOQ· VITA P· εἰρωνικῶς.

220 NVMQVAM NOSTRA S· responsio.

221 NON HOC CIVILIA BELLA V·V·A· non hos exitus habent bella ciuilia, ut delectet euadere, si uicerit Caesar. uel certe ipsa pugna non erit sine scelere.

222 TRAHIMVR SVB NOMINE PACIS fingit pacem ut famulos nos habeat. TRAHIMVR SVB NOMINE PACIS ut uideamur pro pace pugnare.

223 NON CALIBEM GENTES PENITVS F·M·E· non, inquid, foderentur metalla siue auri siue argenti siue ferri, equis non iretur ad proelia, nulla ciuitas obsidione premeretur, si libertatem suam pro pace dare maluisset; num-

1 mori· *C* ‖ 4 inuigilias *C* ‖ 5 perferunt *C* ‖ 10 Cognata *C* ‖ 11 ferro *C* ‖ 12 quepossimi defendi *C* ‖ 13 proueant *pr C* ‖ 13 *sq. scholion ad u.* ut uincare potes *referri debebat, cf. A* ‖ 16 multon·NON *C* ‖ 19 dampnata *C* ‖ 20 enim est *pr C* ‖ 22 Ironicos *C* ‖ 24 hoc *i. l. C* ‖ 31 foederentur *C* ‖ metella *pr C* ‖ 32 ęquis *C* ‖ p̃ meretur *C*.

quam denique mouerentur bella naualia, si bonum esset amissa libertate pacem frui cum seruitio.

227 SI BENE LIBERTAS VMQVAM PRO P·D· si delectaret homines detrimento libertatis bella fugere.

228 SCELERI IVRATA NEFANDO SACRAMENTA T· miles sacramentis sic interrogatur, ut in bello etiam aduersus parentes faciat, ne uictus adfectione arma deponat, neu se siue suos exercitumue prodat. euocatione ut 'ipse uocat pugnas'; tumultu ut 'simul omne tumultu coniurat trepido Latium'; sacramento ut hic. sed euocatione, quando consul aperit templum Iani gemini.

229 AD VOBIS VILIOR HOC ÉST quam non seruastis.

235 IAM TIBI SIT PROMISSA S· ironia.

237 SIC VBI DESVETAE SILVIS ὁμοίωσις.

239 TORRIDA ORA fame sicca.

243 ET QVE FORTVNA DEORVM I·C·B·N·T·F·M·F· ordo: et fecit fides monstra quae caeca nocte bellorum potuit celare fortuna.

244 CAECA BELLORVM INNOCTE dum non se parentes agnoscunt.

245 FECIT MONSTRA FIDES scientes admiserunt nefas.

248 IVSTI GLADIVS DISSVASOR A· definiuit quid sit gladius, id est iusti dissuasor, quoniam non patitur eos seruare iustitiam.

53ᵘ 249 DVM FERIVNT ODERE SVOS | accensi uulneribus.

26 ANIMOSQ· LABANTIS CONFIRMANT I· ideo saeuiebant in plurimos, quoniam iam uel unus uidebatur occisus, ut iam non homicidium sed bellum nominaretur.

252 AC VELVT OCCVLTVM P· S· quasi ut eieretur scelus.

253 IVVAT ESSE NOCENTES quoniam quod fit publice licet.

255 AGNOSCIS SVPEROS cogitas deos ultores esse, et pius es.

256 EMATHIIS FORTVNA F· prolemsis. NEC FOCIDOS VN-

---

1 bellaciuilia *C: at cf. u.* 225 *sq.* || 5 *sqq. cf. Don. ad Ter. eun. IV* 7, 2. *Seruius Aen. II* 157 || 7 faceat *pr C* || 8 *Verg. Aen. VII* 614 || 9 *Verg. Aen. VIII* 4 *sq.* || 10 sed deuocatione *C: corr* D^b || 14 omiosis *C* || 15 hora fames *C* || 17 caoca *pr C* || 19 bellorũm· Nocte *C* || ñ separantes *corr C* || definiunt *C* || 23 dis suaser *C* || 24 iusticiam· *C* || 27 quia iam *A* || 28 sed] ad *C* || 29 quasiș utegeretur *C* || 30 publicae *C* || 33 Etmathiis *C* || prolemsis *C constanti in*

DIS contra Brutum. 255 NEQVE ENIM TIBI MAIOR IN A·E· F·F· melior est tua fortuna in hoc proelio, ubi pius extitisti, quam in ceteris bellis in quibus tibi felicitas late successit.

259 DVX CAVSAE M· ERIS quoniam non per te discissa est pax.

258 HOC SIQVIDEM SOLO CIVILIS C·B· si hoc uno titulo pietatis omnia scelera possis effugere.

259 POLLVTA NEFANDA AGMINA C·D· ordo: polluta agmina nefanda caede non audent duces committere castris.

262 CAMPOS ABSTVLIT dum ipse occupat.

265 CAESAR HABET cupit.

264 PRERVPTA CINGERE F· uallata.

266 AVT CIRCVM LARGOS CVRVARI B·F· ut omnino aditus ad aquam non esset.

267 CONVERSVS INIRAM PRECIPITEM T·E· furebant qui paulo ante timuerant. metus eos fecerat fortiores.

270 SPE POSITA DAMNARE F· ut desperatione acrius dimicarent. 271 EFFVSO PASSV passus est *spatium quod* inter pedes est, ut 'sequiturque patrem non passibus aequis'.

275 VINCITVR AVT GRATIS IVGVLO QVI P·H· *ut* 'numquam omnes hodie moriemur inulti' et 'una salus uictis nullam sperare salutem'. necesse est autem, ut qui moriturus feriat, desperatione salutis sauciet industria.

279 DESERAT HIC FERVOR M· dimicandi scilicet.

280 PERDANT MORI VELLE uoluntatem mortis omittant.

282 SVBSTITVIT MERSO DVM NOX S·L·F· 'substituit' subiecit, subministrauit. 'sua lumina' stellas. usque ad noctem igitur bellum distulit Caesar; ceterum quippe tempus nox tuebatur.

285 SAVCIA MAIORES ANIMOS VT PECTORA G· dicit sic illis in furore constantiam mortis cupidinem fecisse, ut

---

grammaticis latinis scriptura || 2 F·F·] F·R· *C* || extisticam *pr* extistiquam *corr C* || 3 *f.* laete || 4 discusa est *C* || 7 scelera///// (a *ex corr.*) *C* || 9 com mitere *ut* 26 omitant *C* || 11 habet *etiam B sscr.* cupit || 16 timuerunt·mo&us *C* || forciores *C* || 17 ut] et *C* || desperatione *pr C* || 18 passus ẽ· int pedes ·ẽ· *C correxi cl. A* || 19 *Verg. Aen. II* 724 || 20 ut *interposui* || *Verg. Aen. II* 670 || nūquãnomines *C* || 21 *ibid. II* 354 || 22 sperantes *C* || moraturos *pr C* || 23 desperacio ENI *C litteris nouissimis a correctore pro* n.. *male positis, nescias* ENĪ *an* ENRI *scribere uoluerit* || auget induſtria *C. fort.* infestius || 24 hic rerum·R·M· *C* || 31 constatiãmortisocupidinem *C.*

qui ** ictum teli aut uulneris uel doloris uim postponit: mox
54 uero | magno rigore adficiuntur, ubi illa deferbuit. SAVCIA MAIORES A· VT P· similitudo. haec metafora est a gladiatoribus quibus dicitur 'longe a saucio'.

287 OSSAQ· NONDVM A·C· id est, dum uiuit. nam post mortem cutis ad ossa *h*aeret.

288 SI CONSCIVS ENSIS A· S·V· ἀντὶ τοῦ 'percussor', qui se sentiat uulnerasse.

289 TENVITQ· MANVS suas scilicet, ne iteraret.

290 ATQVE ANIMVM SVBDVCTO ROBORE TO· zeugma: alligat.

291 POSTQVAM SICCA RIGENS A·V·S· finit*ur* uis cum anima.

292 IAMQ· INOPES V· deest: er*ant*. 293 OCCVLTOS LATICES si qui occulti essent.

293 OBSTRVSAQ· F·Q· ἀντὶ τοῦ uenas fluminum.

296 ADINRIGVI PRAEMITVR FASTIGIA C· 'fastigium' duplici ratione dicimus, sicut dicimus et 'altum', id est sursum et deorsum. Virgilius 'forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras' id est deorsum altitudo, sicut hic quoque dictum est.

IRRIGVI qui rigari potest. ‖ usque in liniamenta camporum.

298 SCRVTATOR PALLIDVS AVRI pallescunt enim situ interioris terr*rae*.

301 ANTRA ἀντὶ τοῦ fossura. 302 GLAREA 'glarea' lapillosa uel arenosa terra.

303 TVNC EXAVSTA SVPER insuper. 305 SICCOS VAPORIS scilicet aeris.

306 QVAESITE FECISTIS A· dum ne sitiant fodiunt, plus opere sitire coeperunt aut labore aut desiderio.

309 PINGVIS MANVS VTRAQVE G·E·O·S· ordo: pingues glebas exprimit super ora utraque manus.

312 MORIENSQ· RECEPIT QVAS NOLLET V·A· quoniam potata ingluuies magis eos ad mortem trahebat.

317 PALMITE CRVDO uiridi.

---

2 rigere *C* ‖ illa: *fort.* ira. *sed scr.* ille *sc. furor* ‖ defervunt (*corr. ex* eunt) *C* ‖ 4 quibus *C:* translata est a quibus *A* ‖ longea faucio *C: corr D*^{b} ‖ 6 æret *C* ‖ 7 *et* 15. 23 antitu *C* ‖ 8 senciat *C* ‖ 10 subduc ducto *C* ‖ 12 Postquã *C* ‖ finitus cum *C* ‖ 13 erat *C* ‖ 16 aninriqui *C* ‖ 17 racione *C* ‖ 18 *Verg. ge. II* 288 ‖ sorebibus *C* ‖ quaeres *pr C* ‖ 20 rigare *C* ‖ usque *incipit diuersa u.* 296 *explicatio* ‖ 26 aeris (ae *ex corr.*) *C* ‖ 27 siciant *C* ‖ 29 magnus *C* ‖ G·] q· *C* ‖ 32 eo *C.*

319 O FORTVNATI FVGIENS QVOS B· H· dicunt Iub*a*e milites sic uictos, cum Aethiopes hostes eorum fugientes uenenis fontes infecissent. alii Clist*h*enen ducem Sicioniorum *suasu* Εὐρυλόχου ducis T*h*essalorum Cirraeos sic cepisse cum elleboro fonte corrupto *a*egrotarent. Numid*a*e etiam milites regis Iugurt*h*ae sic dicuntur strauisse Romanos, cum fugeret Albinum Romanorum ducem.

323 ACONITA Acone dicunt portum in Ponto, quae huic *ueneno* nomen dedit.

324 NON DECEPTA BIBET sciens utique, non ignorans.

327 AERIS ALTERNOS ANGVSTAT PVLMO MEATVS quoniam duas arterias habemus, unam qua spiritum accipimus, | alteram qua reddimus. MEATVS uias. 54ᵘ

330 QVORVM MODO CVNCTA NATARANT I· ut est 'iam naufraga campo Caesaris arma natant'.

332 VNDE IEIVNIA S· 'unde' nomen est, non aduerbium, id est aquae.

333 MEROEN insula [in Aegypto] Nili fluminis est, in qua nil nisi † aquae uidentur. SVB CANCRI AXE ubi templum Iouis Ammonis est, et fons interdiu frigidus, calidus nocte.

337 PACISQ· PETENDAE AVCTOR erat. 338 DAMPNATIS SVPLEX A·A· obsidem prius dedit quam se Afranius dedit, placuitque ut ipse cum Petreio prouincia excederet; milites, Hispani qui erant, illic ab*ir*ent, ceteri Romani ad Varum fluuium in Italia deducti militia soluerentur.

345 NON DEERAT FORTIS R·D·P· ut me ipse trucidarem.

347 DIGNVM DONANDA CAESAR TE C·V· propter hoc solum rogo, quoniam scio dignum te esse qui pr*a*estes.

348 NON PARTES STVDIIS A· purgatio.

350 INVENIT C·D· non fecit.

352 APERIMVS EOAS ut ad orientem securus accedas.

---

1 fortinati *C* || 3 plintenen *C* || siciniorũ *C* || 4 suasu *interposui cl. Polyaeni strat. VI* 13 || Euriducxi ducis *C* || ciues sic *C* || 5 ellebero *C* || 5—7 *tacet Sal. Iug.* 38 || 8 Λ sontia *C* || acone *C ut Plin. n. h. VI* 4, *Ἀκόναι Steph. Byz. p.* 61, 10 || in porto *C* || hiic *C* || 14 natarant (a *ex corr.*) *C* || *Luc. IIII* 87 || 16 undę *C sed uirgulae post subiectae uidentur* || adumbium *pr C* || 19 aquę *C non expedio* || 20 admonis *C* || 21 Paucisq: *C* || 22 *fort.* prius [dedit] filium suum Afranius dedit || 24 erant militia habent *C* || 25 italia *C* || 26 fortae *C* || P· *C quod uix* L(eto) *fuit, fort.* F(ato) || 28 tae *C* || 30 partestudiis *C* || 32 edas ut *C*.

353 SECVRVMQ· ORBIS PATIMVR P·T·R· 'orbis relicti' scilicet Hispani.

354 NEC CRVOR EFFVSVS CAMPIS T·B·P· Liuius: 'et duces ulli usui in bello milites, per quos tibi licuit sine sanguine uincere? quod Caesari pulcrum est, petimus: quibus armatis pepercisti, deditis consulas'.

355 NEC FERRVM LASSEQ· MANVS zeugma: tibi bella peregerunt.

360 MISCERI DAMNATA D· subtiliter uacationem petit dicens dignum se non esse qui uincat.

361 CAPTOS FERRE TVI necenim decet.

364 ATQVE VSVM BELLI P·Q·R· ueniam et uacationem largitur.

369 AERA NON PASSVS VACVIS D·V· ordo: non passus est tractus subitarum aquarum spiritum uacuis discurrere uenis, sed artauit clausitque animam. sine intermissione enim bibebant.

370 FERVIDA PESTIS sitis scilicet.

372 VISCERIB· SIBI CEPIT AQVAS sitiebant plenis aqua uisceribus.

373 PRODIGA RERVM L· quae res humanas perdis.

374 NVMQVAM PARVO C·P· non contenta esca uili, pomis. et est ordo: numquam contenta paruo paratis id est paruo | emptis. Virgilius 'paruoque adsueta iuuentus'.

376 ET LAVTAE GLORIA MENSAE subaudimus 'o' fames et 'o' gloria.

377 DISCITE· QVAM PARVO LICEAT PRODVCERE VITAM finis boni est secundum Stoicos uiuere secundum naturam. DISCITE QVAM PARVO LICEAT P·V· quam satiare nos potest natura *** diues repperit. non habet terminum quod studium cupiditatis inuenit.

378 NON ERIGIT AEGROS N· a langore scilicet.

379 IGNOTO CONSVLE uetustum uinum.

380 NON AVRO MVRRAQ· BIBVNT non aureis uasis, non

---

1 seq: Currusq: *C* || 3 oruor *C* || P·] N· *C* || *Liu. l. CX* || &duceſ ſumuſ inbello *C. an in & latet numerus* CX? || 4 sinesanguinequod caesar pulcrhum ·ē· uincerepetimus · quib; armatus pepercisti dedisti-consulas *C* || 22 ñcontestabilis pomis *C* || 24 *Verg. Aen. VIIII* 607 || 26 *alterum* o *addidi* || 28 storcosouiere *C* || 30 *hiatum notaui* || 34 aureis sosis *C. an* scutris?

murrinis uasis. et 'murram' alii exponunt gemmam, alii genus ligni, unde fiunt pocula odorata. Virgilius 'murraque madentes'. ergo nunc intelligamus hoc poculum de ligno factum.

381 SATIS EST POPVLIS FLVVIVSQ· CERESQ· haec est poena luxuriae, ut quoniam hominibus mentitur uoluptas, uerum aegritudo loquatur.

384 SPOLIATO PECTORE TVTVS inermis non metuit periculum quod metuebat armatus.

387 [PENITVIT] TOLERASSE SITIM subaudis 'quantum poenituit'. FRVSTRAQ· ROGASSE PROSPERA B·D· 'frustra rogasse' quoniam non *inpet*rauerunt, siue quoniam eandem habent uicti pacem quam cupiebant habere uictores.

389 TOT INORBE LABORES si quidem uident bellis bella succedere.

390 VT NVMQVAM FORTVNA LABET S·A· 'ut': si numquam fortuna labet, tamen 'tot dubiae restant acies, tot in orbe labores'. VT NVMQVAM FORTVNA LABET S·A· possunt enim et ipsi aliquando superari dubio euentu uictoriae.

392 ET CAESAR PER TOT SVA FATA S· ut tantundem habeat fortitudinis quantum felicitatis habet Caesar, a militibus suis scilicet sequendus, quam diu feliciter pugnat.

394 QVO IACEAT IAM SCIRE L· aut ad mortis exitum retulit aut sedem quietam.

396 NATIQ· RVDES 'rudes' aut rusticos dixit aut recenti partu natos, aut quos nunc primum uiderant quos in uteris reliquerant proficiscentes ad proelium. ET SORDIDA TECTA indecora uel agrestia. Virgilius

'o tantum libeat mecum tibi sordida rura'.

| 397 ET NON DEDVCTOS RECIPIT S·T·C· mos enim erat, 55ª
ut cum aliquis uictor agros cepisset hostiles, in eas terras 31

---

1 murramalia *pr C* || 2 *Verg. Aen. XII* 100 || murrãq; madentẽſ *C* || 6 uto ñhominibuſ mentiť *C: in* oñ *litteris aliud quoque uocabulum quam* QÑ *latere potest uelut* dum, *non latere scriptoris nomen modi docent* mentitur — loquatur || 8 loquatur *C* || 12 noni rauer̃ *C: correxi cl. A* || 13 pacẽm *pr C* || 14 incorbe *C* || iubent bellis *pr C* || 18 fortula *pr C* || 20 tantum *ex* tandm *corr C* || 22 quãdiũfeliciť *C: non inest* infeliciter || 23 Quod *C* || 24 quietam] qui & iã *C. fort. scr.* quietis || 26 aut quos: *fort.* quod || *fort.* uideant || 27 reliquer̃ *C* || 28 uirgo tantũ *C. Verg. ecl. II* 28 || 30 recipius· T·E· *C* || mox *pr C* || 31 coepiss& *C, corr. D*ᵇ.

nouos colonos induceret. ergo isti in nouas colonias deducti non sunt sed ad suas rediere colonias. Coloni sunt qui a consule deducuntur ad ea loca ubi ** *im*perator ipse *sul*cos aratro *circum*ducit: incolae qui a*d* coloniam paratam ueniunt: accolae qui iuxta coloniam agros accolunt.

399 SOLLICITVS MENTI Q·A·E· FABOR nil optant, nil metuunt positi extra bellum. ILLE SALVTIS A· E· Caesar scilicet. DVX ILLE F· Pompeius.

402 NON EADEM BELLI TOTVM F·P·O· transitus.

404 QVA MARIS ADRIACI L·F·V·S· narratio loci. LONGAS SALONAS a positione loci.

405 ET TEPIDVM INMOLLES ZEP· E· I· natura tepidum. *Iader* oppidum; sunt tamen qui dicant promunturii nomen esse, quas*i* aprici. ⁋ ET TEPIDVM I· M· ZEPIROS E· I· zephiri subiacens flatibus. et est ordo: in molles zephiros Iader tepidum excurrit.

406 ILLIC BELLACI CONFISVS GENTE C· Curictes incolunt insulam in Adriatico mari. illic Dolabella partium Caesaris ab Octauio Pompeiano qui Dirracio uenerat uictus fugit et C. Antonius obsessus est. Alii Curictum promunturium maris Adriatici uel fluuium dicunt. ⁋ Curictum ciuitas Illiriae. cum praesumpsit, inquid, de Curictis, inclusus est.

407 QVOS ALIT 'quos' scilicet Curictas.

408 CLAVDITVR ANTONIVS ab Octauio scilicet.

411 SVMMITTIT sursum mittit. NON PROSERIT VLLAM quasi exserit. [et] quoniam sterilitas erat.

413 MISERIS DENTIBVS A· A· 'dentibus' quoniam pro breuitate manibus teneri non poterant.

416 E*T* VASILVM VIDERE D· dux Caesarianus qui Antonio in auxilium uenerat cum duabus legionibus audiens eum obsideri. NOVA FVRTA P·A·E·F· ut piratae.

---

2 redire *C: corr. D*ᵇ || suntqui A· ////[acon]sulaededutuntur *cum ras C: corr D*ᵇ || 3 ubi prior ipse eos aratro inducit *C* || 4 quiacoloniã *C: corr. D*ᵇ || acc*olę *ex corr. C* || 6 fabor] P·A· BOR. *C* || optat *pr C* || 10 Adriaci] adria C·I· *C* || 12 E·I· naturatepidus sunt *C. cf. ad u.* 15 || 13 promuntur hiinom̃ eẽ· quas aprici *C* || 15 Iader appidum *C* || 17 insoluntinsulãm adriatico *C* || 18 dolabellã *C* || 19 aboctauiano *C* || quid irratium *C* || 20 fugiit *C* || promunturũ *C* || 21 adriaciti *C* || 24 quos-Cilic& *C* || 27 exerit *C* || sterelitas *C* || 30 Euasilum uider&· *C.*

420 NAMQ· RATEM VACVAE S·V·C· bene 'ratem' pro planitie. cupae autem in ordinem sitae tabulas sustentant et insuper turres uehunt.

422 ORDINIBVS GEMINIS binos remorum ordines dicit.

423 NEC GERIT EXPOSITVM | TELIS I·F·P·R· '*telis*' pro incursu telorum. 56 6

425 ET TACITI PREBET MIRACVLA CVRSVS 'taciti' ignorati.

427 DVM SE DECLINIB· VNDIS A·A· ut cum ipsis in se redirent maria et ut iuuante pelago puppes innatarent.

429 IAMQVE RELABENTI CRESC· L·P· in se redeunte fluctu arenae nudantur. Virgilius 'atque aestu reuoluta resorbens saxa fugit litus ∗∗'. 10

430 PRONO DEFERTVR L·P· in fluctus rapitur.

431 CVNCTAS SVPER ARDVA T·E· singulas turres habebant totae tres naues. 15

432 TABVLATA MINANTIA eminentia.

433 OCTAVIVS dux Pompei. Dolabella partium Caesaris in Illirico per Octauium et Libonem uictus copiisque exutus ad Antonium fugit. Basilus et Salustius singulas legiones quibus praeerant ∗∗, similiter et Antonius, Ortensius quoque ab infimo mari cum classe concurrens: omnesque pariter aduersus Octauium et Libonem profecti et uicti sunt. Antonius cum se Octauio cum XV cohortibus dedisset, omnes ad Pompeium a Libone deducti sunt. 20

434 CELERISQVE CARINAS C· id est suas. 25

435 CVRSV CRESCAT DVM P·S· redeunte. plenas quam inanes rates uoluit capere. CVRSV CRESCAT DVM P·S· | hoc est ut dum prospere nauigat Antonius, maior praeda sit Octauii, dum capiuntur. 'praeda' autem dixit metafora a uenatoribus tracta. 56ᵘ 30

---

1 ratem *ex* partem *corr C* || beneratum· *C* || 2 planitiae *C* || 5 I·] L· *C* || *post u.* 6 *rubro pictum legitur* HAESUNT SIMILITUDINES CUP///A RUM, *sequitur absurda delineatio* || 7 prebent *C* || 8 insererent *C: em. Kiessl.* || 9 intrarent *C* || 10 Inserede unde *C* || 11 *Verg. Aen. XI* 627 *sq.* || aesture uolutares S·F·L· *C* || 13 P·] F· *C* || 17 Dolabella —24 *ex Orosio VI* 15 *p.* 416 *sq. Hau. transcripta* || 18 actauium alibone *C* || 19 bassillius *C* || singulas *C ut optimi libri Orosii:* per singulas *ex libris Leidensibus Hauerk.*, parantes singulas *uolgo. ego u.* 20 *hiatus signa posui, uidetur u. c.* addüxerunt *intercidisse* || 20 legionas *pr C* || preerat *C* || 21 omnes *ap. Orosium* || 22 &bibulonē *C* || 23 octauiano *C* || coortibus *pr C* || 26 Redeunt|eiplenaſ quaminaneſ euteſ *C* || 30 tacta *C: corr. D.*

436 ET TEMERE I· sine consilio. REPETENDVM I·A·A· prius Basilus ratem ad Antonium miserat. passus est Octauius, ut tum caperet cum remearet illa ratis cum Antonii militibus. 'repetendum' ergo remeandum dixit ab Antonio ad Basilum.

437 PACE MARIS insidiis cessantibus.

438 CLAVDAT ODORATAE M·A·P· uestigator.

439 VARIS furcis.

440 TENET ORA LEVIS C·M· 'leuis' uelocis. Virgilius 'acremque Molosum'.

442 VESTIGIA bestiarum scilicet. COLLIGIT inuestigat.

444 TREMVLO MONSTRASSE C·L· quasi motu lori feram denotare inuentam. 'contentus' autem, quoniam sine magno inpulsu repperit quod latebat.

445 COMPLENTVR MOLES 'moles' dixit ratium Caesarianarum.

446 INSVLA DESERITVR R· Salonarum, ubi erant milites Caesaris. QVO TEMPORE P·I·A· uesperem dixit.

447 IMPEDIT ADNOCTEM 'impedit' coniungit, unde allegatos 'impeditos' *dicimus*.

448 AD POMPEIANVS a partibus Pompei uel a Pompeio uictus. de quibus secum Octauius duodecim naues habebat.

451 RELIGATQ· CATENAS catenas laxas ligauit ita, ne apparerent, non ut penitus mergeret.

452 RVPIS ABILLIRICAE S· a rupe Illirica. usque ad scopulum ab Illirico littore Dalmatiae.

453 TERCIA MOLES H· non enim potest nauem dicere pro magnitudine. sic et supra 'conplentur moles'. 'haesit' autem metafora ab auibus.

455 INPENDENT CAVA S·M· topographia. 'inpendent' inminent. RVITVRAQVE SEMPER S·M· Virgilius 'iam lapsura cadentique inminet'.

456 STAT MIRVM M· aduerbium. ET SILVIS EQVOR INV·

---

2 baſi|lius *C* || 3 antonium *pr C* || 5 basillum *C* || 6 pacem *C* || 9 *Verg. ge. III* 405 || 12 feradelectaret inentã *C* || 20 dicimus *inserui* || 23 appareret *C* || 24 mergere *C* || 26 scupulum *C* || 28 *Luc. IIII* 445 || conpletentur *C* || 30 inpendænt *C* || 31 inminent inpendent ruriturаque· *C* || M·] d· *C* || *Verg. Aen. VI* 602 || 33 aduerbium] aduerſtrum *C*.

'tunc siluis scena coruscis
*de*super horrentique atrum nemus *in*minet u*mbra*'.

458 CAESSISQVE ABSCONDIT INANTRIS pontus scilicet. |

459 RESTITVIT RAPTVS 'restituit' euomuit. 'raptus' hos 57
raptus. 'tectum mare' in spelunca. 5

461 TAVROMENITANAM VINCVNT F·C· Tauromenium oppidum Siciliae, quod est contra Brut*t*ios Italiae. sensus autem est: quo modo si quid in Caribdin inciderit in Tauromenio redditur, sic etiam in hac spelunca quicquid absorbuerit mare rest*it*uit. 10

462 HIC OPITERGINIS MOLES O·C· molem dicit nauem oneratam. OPITERGINIS COLONIS Opitergium oppidum est, quod cum Caesare sentiebat contra Pompeium. in qua naue erat C. Vulteius Capito tribunus militum. qui primum suos *h*ortatus est ut fortiter dimicarent, deinde cum ad deditio- 15
nem uocarentur, exceptis sex inuicem se occiderunt. propter quod Caesar in solacium Opiterginis in annos XX uac*a*tionem militiae dedit finesque eorum trecentis centuriis ampliauit.

467 POSCIT SPE PROELIA N· ordo: poscit proelia nulla spe, quoniam circumdatus fuerat. 20

470 INTER TOT MILIA C·C·R· inter tot milia circumfusa captae rat*i*.

471 COHORTE*M* cohors non amplius quam ducentos habet.

473 LVCEM DVBIAM quod crepusculum dicitur.

475 REXIT MAGNANIMA V·V·C· 'rexit' aph*a*eresis pro 25
'erexit'.

476 LÍBERA NON VLTRA PARVA Q·N·I· quoniam bella cum luce fuerant reditura.

478 VITA BREVIS NVLLI SVPEREST Q·T·I·I·Q·S·M·H· sensus hic est: non est putanda breuis uita qu*ae* habet 30
spatium quo unus quisque sibi quaerat exitium. quod non

---

1 *Verg. Aen. I* 164 *seq.* || ſiluiſ cenachoruſcıſ̄· (d· *rubro*) *C* || 2 nem̄; I·V ceſſiſque *C* || 4 *lemma litt. grandioribus rubris C* || 5 Tetum *C* || 7 brutios *C* || 8 incarbolin *C* || 10 reſtuet· *C. an* respuit? || 12 honeratam *C* || Opiterginum *C. hanc rem plenius a Liuio l. CX enarratam fuisse uel periocha p.* 95, 21 *O. Iahn. docet cf. Florus II* 13 *p.* 97, 28 || 14 ·C· (*rubro*) uulteiuſ capite *C* || prim̄; *C* || 15 ortatuſ *C* || addedicionem *C* || 17 ſolatium *C* || Inannoſ ·XXV· actionē *C* || 18 trecentis] ·CCC·tis *C. cf. Rudorffius in Lachmanni gromaticis t. II p.* 289 || 22 capta erat *C* || 23 choors *C* || 25 C·] E *C* || aferesis *C* || 29 H·] L *C* || 31 quod . . . *p.* 138, 3 maluit *ex D*ᵇ *repetiit Weber syllogae p.* 292.

euenit nisi forti uiro qui facile contemnit interitum. unde Quintilianus 'faciamus de fune*re* remedium, de necessitate uirtutem. solus uixit quoad uoluit, qui mori maluit'.

479 NEC GLORIA LETI INFERIOR I· nec minus est laudi, si uicinae morti anima fortis occurrerit. pulchrum est inpendere gloriae uideri quod sibi longior uita promittat. mortem cotidie patitur * *.

57u 480 ADMOTO OCCVRRERE F· nec | minus est laudis in morte, si uicinitati mortis animo fortis occurrat.

482 PAR ANIMI LAVS EST ET QVOS S·A·P·E·E·M·A·L· una laus est et illius qui multos annos uoluntaria morte pr*a*euenit et illius qui breue spatium uitae eodem modo abrumpit. nec pr*a*ecedit ille in uirtute, quamuis tempora longa perdiderit. PAR ANIMI LAVS EST ET Q·S·A·P· ET E·M·A·L· cum autem omnes, inquit, incertum sit quis quo usque uicturus sit, aequa laus est et multos uitae annos contemnere morte uoluntaria et paucos, dum modo ipsi nobis ultima fata faciamus.

484 NON CO*G*ITVR VLLVS sed necessitas cogit.

486 DECERNITE LOETVM ET METVS OMNIS A· CVPIAS Q·N· plerumque quod uirtus non potuit inplere, inpleuit desperatio. Terentius 'quod non potest id fieri quod uis, id uelis quod possis'. idem 'quin quod est ferendum feras'.

488 NON TAMEN INCECA BELLORVM NOCTE C·E· obiectio: sed melius est pugna mori. responsio: cum plurimis cadere nullus honor est. NON TAMEN INCECA B·N·C· solacium qu*a*erit de genere mortis, ut Virgilius

---

1 euenit CD^b: conuenit *Weber* || nisiſortiui | requiſſacile *C: em.* D^b || contempnit CD^b || 2 *Quint. declam. IIII* 10 *p.* 93 *Burm.* || funeremedium *C* funere mediū D^b fine remedium *Weber ex Quint.* || 3 maluit *C*, *etiam Colbertinus Quintiliani:* mauult *editur ap. Quint.* || 4 neloria *C* || 6 uidere quid *C* || 7 *hiatum notaui. fort.* pati paratus est qui — || 9 ſiuiciniamortiſ (a *ex* u *corr.*) *C* || *an* animus? || 10 sape e////mal· (s *rubro*) *C* || 11 uoluntarię *C* || 13 arū pit *C* || 14 ammi *pr C* || ET·E·] E·C·E· *C* || 16 contēpneremortem *C* || 18 facta *C* || 19 coiturnullus *C* || 22 terentiuſ *C: em.* D^b. *Ter. Andr.* 305 *sq.* || quoniam non *Ter.* || 23 possit *Ter.* || *id. Phorm.* 429 *sq.* || quđ *ex* quid *corr C* || 27 Solatium quoritur de *C* || 28 *Verg. Aen. XI* 55.

'ad non Euandre pudendis
uulneribus pulsum *aspicies*'.

489 SVA TELA TENEBRIS pro 'suis tenebris tela conuoluent'. antistrophe.

491 IN MEDIVM MORS O·A· mori inter multos honor nullus est, perit enim in confusa acie fortitudo.

492 NOS IN CONSPICVA spectaculo subiecta. SOTIIS HOSTIQ· CARINA 'sociis' qui euaserant in duabus nauibus.

494 PREBEBVNT TERRAE ubi socii sunt.

493 PREBEBVNT AEQVORA T· illos qui inminent, hoc est inimici uolentes de nobis gloriari. [A] SVMMIS DABIT INSVLA SAXIS 'summis saxis' scilicet insula Salona.

495 S· GEMINE D·E·L· PARTES *scilicet* de insula et de terra magna, de insula pars Caesaris, de terra Pompei.

496 NOSTRIS FATIS hoc est morti.

497 QVECVMQ· PEREVVM EX· M·F· qu*a*ecumque per *a*euum ad nostram memoriam uel fidelitatis uel uirtutis exempla extant, ea uicissemus, si facultas uiuendi daretur. nunc quoniam non datur, quod super est, fortiter moriamur.

498 EXIBVIT | pr*a*ebuit. MONVMENTA exempla. FIDES SERVATAQ· F· fides seruata imperatori, si non capti essemus. 58 21

499 MILITIE PIETAS sacramentum militiae.

500 SVIS GLADIIS pro 'nostris'. NAMQ· SVIS P·T·G· I·C· ut ipsi nos amore tui feriamus.

503 ABSCIDIT A NOSTRAE MVLTVM S·I·L· QVOD NON CVM SENIBVS CAPTI NATISQ· TENEMVR alioquin maiores circa te nostros animos possemus ostendere. sed hic quaestio est: quo modo ergo 'fratribus incurrunt fratres natusque parenti'? soluitur sic, quod non tenemur adfectu, quoniam capti sumus.

506 ET GAVDEAT H·N·P·H·R· qui hostis lugere posset, si plures cepisset.

508 TVRPIQ· VOLENT C·V· turpis uita est quam hostis inpertiit.

---

1 euandrę *C* || 2—3 pulſum· Aſuatela *C* || 3 *scr.* inuoluent. *futurum fort. in textu suo C legebat* || 4 antiſ· Trophe *C* || 5 A·] h· *C* || 8 ſotio ſ quie uaſerant *C* || 9 ſotii *C* || 11 a Sũmiſ *C.* a *glossema* || 12—13 ſalonaſ· negemine | parteſ· S· de (S *rubro*) *C* || 17 uelfidemeiuſ uel *C* || 21 ſeruate *pr C* || 22 piętaſ *C* || 24 C·] T· *C* || 28 *Luc. IIII* 563 || 31 caepiſſet *C* || 32 uolente· C·V *C* || 33 inpendit *C.*

509 MORS VNICA FAMAE PROMITTANT VENIAM tunc apparebit nostra deuotio, si spem uitae gloriae intuitu respuamus.

512 MAGNA V· MERENDVM E· promerendum, laborandum, militandum.

514 DENT FATA RECESSVM aditum euadendi. DENT FATA R· etsi darent fata euadendi locum, ego tamen uitae tam gloriosum interitum praetulissem.

517 FVROR EST AGNOSCERE SOLIS P· ordo: furor est; felix esse mori agnoscere solis permissum est, quos iam tangit uicinia fati. ἀπὸ κοινοῦ 'felix esse mori'.

519 VICTVROSQ· DEI CELANT V·V·D· FELIX E·M· ordo est: solis quos iam tangit uicinia leti, permissum est agnoscere felix esse mori. 'uicturos' uero 'celant, ut uiuere durent' id est felix esse mori.

523 FLEXOQ· VRSE TEMONE P· temonem ursae caudam significat, quae semper ad ortum solis conuertitur.

527 VICINO CVM LVX ALTISSIMA CANCRO E· mense iulio. cancrum autem in numero astrorum Iuno rettulit, quod Herculem in Lerna pugnantem contra *H*idram grauiter momorderit.

528 NOX CVM TESSALICAS VRGEBAT P·S· cancer necesse est diametron habeat sagittarium, quo oriente nox incipiens finiebat diem, occidens finiebat noctem et reducebat diem. eo autem tempore capta nauis est. 'Tessalicas sagittas' tropus sinecdoche: *Ch*iron *Th*essalus.

NOX CVM TESSALICAS VRGEBAT P·S· sagittarium dicit,
58ᵘ qui est *Ch*iron *Th*essalus. | quod signum contrarium est geminis. cum enim sol in geminis est ortus, sagittarius occidit per diem et oritur per noctem. urgebat ergo mergere. VRGEBAT premebat.

529 HISTROS Pompeianos dixit.

531 TEMPTAVERE PRIVS S·V·B· temptauere prius foederibus uincere suspenso bello.

533 STABAT DEVOTA I· non clamor militum, non clangor tubarum.

---

1 FAMAE] magna: *sic C, glossema ad* unica || 8 furoremagnoſcere *C* || 10 fatia pocinu *C* || 12 laeti *C* || 13 utiubererederent *C* || 17 mensę *C* || 19 inlerca *pr C* || idrā *C* || 22 *an* ex diametro? || 23 occidentem *C* || 25 tropuſ ſinedoco ciron *C* || 32 B·] I· *C*.

534 DAMNATA L· contempta. Virgilius 'taedet caeli conuexa tueri'.

536 ** ad suprema paratas, ut 'uenit summa dies'.

538 TANTA EST FIDVCIA non ergo uirtutis. TANTA EST FID· MORTIS ut pauci plurimos sustinerent, scilicet fiducia mortis praestitit, non uirtutis.

543 CERTAQ· FIDE PERVVLNERA *NOSTRA* TESTETVR S·V·M· non dubitat mori, qui me uelit occidere. lex enim militaris est, qui ducem occiderit feriatur.

547 GRATO ICTV illi qui percussus est grato. Virgilius 'moriens animam abstulit hosti'.

548 TOTVMQ· INPARTIBVS VNIS B·F·N· Caesariani scilicet. 'nefas' quod in diuersis partibus belli admitti solet, hoc in unis partibus cohors Opitergina commisit.

549 SIC SEMINE CADMI EMICVIT D·C· Iason sparsit dentes serpentis et arauit eodem modo quo Thebis Cadmus. hic uidetur Lucanus parem historiam inducere eius fuisse draconis, qui Iasoni uellus aureum arietis custodiebat. nouissimus enim in Colchis hic labor fuit Iasonis, ut uenenis Medeae sopito dracone pellem subduceret. eo magis quod hi dentes dicuntur ex Boeotia ad Aeetam fuisse translati.

SIC SEMINE CADMI Cadmus Agenoris filius necato dracone qui socios eius interfecerat Mineruae monitu dentes eius seminauit. ex quibus cum essent nati armati inter se conflixerunt. sic Virgilius

'satis inmanis dentibus hydri
nec galeis densisque uirum seges horruit astis'.

554 COGNATO SANGVINE quoniam de uno nati sunt semine.

557 MINVMVMQVE I·M·V· MORS VIRTVTIS H· sed amoris.

---

1 contempna *C* || *Verg. Aen. IIII* 451 || Tedetcaelio conuexa *C* || 3 *intercidit lemma* ad summa paratas || adſūpma *C* || *Verg. Aen. II* 324 || 5 F·D· *sic rubro C* || ſuſtinerentſ· fiducia *C* || 10 Corato (to *corr. ex* co) ictu *C* || *Verg. Aen. VIIII* 443 || 8 uenit *C: em. Kiessl.* || 13 bellaadmittitſolet *C. an* bello? || 15 emicuit *in rasura scriptum. ceterum hoc scholion u.* 15—21 *ad u.* 552—6, *alterum ad hunc* 549 *refertur* || ſpaſıт *pr C* || 16 &orauit *C* || quodhebis *pr C* || 18 iaſoniſ *C* || areū *ex* arcū *corr C* || 19 enimincolaſ *C* || 20 eo —21 *forsan colloces post* 18 custodiebat, *sed graviores sunt turbae* || 20 hii *C* || 21 boetia ado&am *C* || 22 ageno NIſ *C* || 23 quoſocioſ *C* || monito *pr C* || 25 confixerunt· *C* || *Verg. ge. II* 141 *sq.* || 26 idri *C* || 27 horruit A· (A· *rubro*) *C. de aspiratione neglecta cf. Varro l. l. V* 115 *p.* 120, *supra p.* 114, 2 *infra p.* 196, 25.

59 560 CVM FERIAT MORIENTE M· id est languida | et ut solet fieri, cum percutiunt inuiti.

562 SORTE CRVENTA malo euentu.

563 FRATRIB· INCVRRVNT FRATRES [fratres] intellegendum *** *et de eis* qui *iam* frigidiore aeuo pugnare non poterant, et de filiis adhuc paruis. alioquin, nisi sic intellegamus, contrarium *erit*, cum supra dixerit multum illis gloriae detractum, quod non *cum* senibus natisque *** pugnarunt atque ideo nec illis parcebant quos iam ad mortem natura ire conpelleret nec illis quibus incipiens lucis usura uiuendi dedisset exordium. ergo ad aetatem parentes dixit et fratres, non ad agnationem.

565 EXEGERE ENSES egerunt in se gladios.

566 IAM LATIS VISCERA L· SEMIANIMES T· FORIS id est latis foris nauigii uolutabantur non perfecte occisi.

569 VVLTV SPECTARE SVPERBO 'superbo' securo, ut uelut interminari hostibus uiderentur, tamquam in suis membris membra hostium confodissent.

570 ET MORTEM SENTIRE IV· dolorem mortis sentire delectat.

572 DVCIBVS MIRANTIBVS VLLIS ESSE DVCEM TANTI Pompeiani duces mirabantur tanti pretii uel amoris Caesarianos habere ducem, ut pro eo libenter occumberent. VLLI militi scilicet. ESSE DVCEM T· Caesarem.

573 NVLLAM MAIORE LOCVTA EST ORE RATEM de nulla naue tantum locuta est fama quantum de ista.

575 NON TAMEN IGNAVAE POST HAEC EXEMPLA VIRORVM P·G· ordo: post haec exemplum uirorum non percipient ignauae gentes, qua*m non* sit ardua uirtus seruitium fu*g*isse manu.

---

1 periat *C* || id est] idus *C* || 2 percutiuntur inuicti *C* || 4 fratres *inclusi repetitum ex lemmate, quoniam simul de fratribus parentibus natis agi patet. intercidit igitur prius membrum quo fratris nomen ad aetatem militiae aptam pertinere significabatur* || intellegendum quiã frigidiore *C* || 5 *olim* iam pro grandiore *coniciebam* || 7 supra: *u.* 503 || 8 cum *addidi* || natiſq; pugnar̃ *C: intercidit* capti teneantur *et initium insequentis enuntiati* || 12 adagnitionem *C* || 13 egerunt] ier̃ *C* || 14 Semianimẽ foriſ *C* || 15 nauium uolutabatur *C* || 22 ducem mirabanꝫ *C* || 23 tulli *C* || 26 locata *C* || quandum *C* || 29 quaſit *C* || 30 *et p.* 143, 2 fuisse *C*.

576 QVAM SIT NON ARDVA V·S·F·M· philosophice tractauit mortem praeponendam esse seruituti. SERVITIVM FVGISSE seruitus est condicio, seruitium turba seruorum.

577 SED REGNA TIMENTVR O·F· obiectio.

580 MORS VTINAM PAVIDOS VITE S·N· utinam, inquit, ignauis numquam mori contingeret: hoc enim cum uiris fortibus habent commune. nam essent infames.

581 NON LONGIOR ILLO MARTE FVIT Salonino.

586 TENVIT STATIONIS | LITORA NOTAE uel propter Antaeum uel propter Scipionem notae uel certe sibi. 59ᵃ

587 CANO PROCVL AEQVORE longe a mari spumoso.

589 INDE PETIT TVMVLOS in collibus Vticensium spelunca quam habitasse perhibetur Antaeus.

592 COGNITA PERMVLTOS DOCVIT RVDIS I·P· antiquis temporibus, antequam annales essent uel historiae, ita fuit ut maiores natu ante acta posteris indicarent. unde Virgilius 'fama est obscurior annis, Auruncos ita ferre senes'.

593 TELLVS EFFETA infecunda.

596 BRIAREVSQ· FEROX Briareus qui et Aegeon dicitur.

597 FLEGREIS ARVIS ut ipse alibi 'Phlegra rabidos tolente Gigantas'.

602 EPVLAS RAPTOS H·L· 'raptos' facile superatos.

605 IN NVDA TELLVRE I· ut pote supra matrem.

606 PEREVNT QVOS APPVLIT AEQVOR tam indigenae quam aduenae.

608 TERRAE SPERNIT OPES spernebat cadere qui numquam ceciderat.

610 AEQVORQ· LEVANTEM 'leuantem' defensantem. propter Hesionam uel alias.

611 MAGNANIMVM ALCIDEN Virgilius
'attulit et nobis aliquando optantibus aetas
auxilium aduentumque dei'.

---

1 philosophicae *C* || 2 fuisse *C ut p.* 142, 29 || 3 condiſci *C* || 5 fauidoſuite ·N· *C* || 7 nãeenẽ *sic C* || 8 illemarte//// *C* || 11 logeamari *C* || 12 speculunca · qua in habitaſſem *C* || 14 rudis] quidiſ *C* || 15 *f.* uaſuit ut || 16 natũ ante *C* || poſtenſ *C* || *Verg. Aen. VII* 205 *sq.* || 18 Telluſ eſt *C* || 19 quiecegeondẽ· *C* || 20 Plegeiſ *C* || *Luc. VII* 145 || flegra (r *excorr.*) *C* || 23 Inunda *C* || 24 pereunt *C* || 26 spernebit *C. an* spreuit? || 30 *Verg. Aen. VIII* 200 *sq.* || 31 aetaſ· A· A·D· *C.*

612 ILLE CLEONEI PROIECIT T·L· Cleonae urbs finitima Corint*h*o iuxta Nemeam ciuitatem in qua etiam silua hoc nomine appellatur, unde et leo Neme*a*eus. hanc ciuitatem quidam uolunt ab ipso Hercule conditam, quae initio fertur Leonae dicta, ut Aulonia quae est appellata Caulonia. set Cleon*a*e dicta ἀπὸ τοῦ κλέους hoc est a gloria uel a uirtute.

614 O· MORE PALESTRAE Olympi*a*e quinto demum anno, quattuor in medio expletis apud Elidem ciuitatem agon et ludi exerceri solent, quae primus Hercules celebrauit.

617 CONSERVERE MANVS manus conligabat inimicus amplexus.

621 ALCIDES PRIMO VOLVIT C·T· distulit Hercules uires et pal*a*estricis coepit artibus uti.

623 ET GELIDE FESSO D· C· SVDOR index enim lassitudinis sudor est.

629 EXPLICVIT legit*ur et* * *.

630 CALIDO CONPLENTVR S·V· 'calido sanguine' nouis uiribus.

632 NOVO CORPORE 'nouo' pro renouato posuit.

633 STVPEFACTVS ROBORE T· bene 'stupefactus', quod lassando fortior redderetur.

634 NEC SIC INACHIIS QVAM|VIS RVDIS E·*I*·A·D·T·R·A·I· Virgilius 'fors et uirtus miscentur in unum'.

639 CERVICEMQ· VIRI SICCAM Q·F·O· cum Hercules ad aquilam quae Promet*hei* iecur exedebat ire uoluisset, Atlas ei iter ostendit, unde ab eo etiam ipse caelum portandum suscepit.

646 ALCIDES SENSIT dissimulat poeta Mineruam hoc inuenisse consilium.

---

1 cleontei *C* || cleoniae *C* || 2 corjnto (j *ex corr.*) *C* || aetiã *C* || 3 &leonẽ eiuſ *C* || 4 fertur· leonıda dicta· ut auleonea *C* || 5 caulaniaẽ· cleone *C*. *cf. Stephanus Byz. u. Καυλωνία p.* 369 *M. et Ribbeckius ad Verg. Aen. III* 553 || 6 apotucleoſ *C* || 7 Omore paleſtrinae olim-dequito decimum *sic corr C fort.* Olympiade id est quinto || 8 agone & luciiſ (ludiiſ *corr.*) *C* || 12 primauoluıt· C·I· *C* || 13 uti *V* niti *C* || 16 legio *C*. *cf. A* || 17 S·] N· *C* || nobis *C* || 22 N·E·C· (*rubro*) ſicinachuſ *C* || Є· ADTRAI· *C* || 23 *Verg. Aen. XII* 714 || miſcenter *C* || 24 uiriſſiccum C·F·O· *C* || 25 prometeiecur *C* || atlase uter *C* || 26 Undehabeo *eraso* h *C* || 28 ſenſu *C* || poetã inherbã *pr* poetã inherbã *corr C*.

647 ISTERNIQ· VETABERE T· ne labor meus tibi proficiat, cui cecidisse proficit ad triumphum.

648 PRESSIS MEMBRIS tuis scilicet.

649 HVC ANTEÆ CADIS in meum pectus. ut uere cadas, stabis.

652 PIGRO GELV defectum significat.

654 HINC AEVI VETERIS C· FAMOSA VETVSTAS fabula uel *his*toria. Statius

'nunc mihi fama prior mundique arcana uetustas'.

655 MIRATRIX rerum antiquarum commendatrix.

657 POENVM QVI LATIIS REVOCAVIT ABARCIBVS HOSTEM SCIPIO deuastante Italiam Annibale Scipio in Africam missus iuxta Vticam castra metatus est, quae etiam nunc Cornelia dicuntur.

659 EN VETERIS CERNIS VESTIGIA V· at*h*uc uerba rustici.

661 CVRIO LAETATVS hucusque rusticus, nunc poeta.

TAMQVAM FORTVNA LOCORVM B·G· omen uictoriae captauit ex loco.

664 INDVLSIT CASTRIS *ut* 'indulgent uino'. ET COLLIBVS ABSTVLIT OMEN quoniam non isdem pugnauit auspiciis quibus Scipio, si quidem ille uictus est.

665 NON AEQVIS VIRIB· ipse non similis.

666 OMNIS ROMANIS QVAE CESSERAT A·S· quae cesserat sub dicionem Romanam.

667 TVM VARI SVBIVRE FVIT Attius Varus ex Piceno in Africam a Pompeio missus Tuberonem uenientem cum inperio exclusit obtinuitque prouinciam. quod et Cicero in Ligariana dicit *** 'Varus imperium sibi et fasces adsumpserat'.

---

353 PRECIPITARE MEAM FATIS POTVERE *S*· ut non esset qui rexisset exercitum. 'prouida Pompeio dederat Campania febres obtandas'.

354 NON IRATORVM POPVLIS VRBIQ· DEORVM ordo: ducem seruare Pompeium non est iratorum deorum populis et urbi.

356 SVBIERE PERICVLA CLARI S·V· ut senato|res aut reges. aut partes suas et Caesaris contulit et suas inuenit meliores. 93ᵘ

357 SACRA IMAGINE quales erant antiqui *qui* pro patria sunt mortui.

360 HINC STARENT pro re publica. PRIMO GENTES ORIENTE C· ordo: primo oriente gentes coactae et urbes exciuere innumeras manus.

---

3 Funesto///mate *C* || 4 permitteret; *C* || 5 *scr.* sinere || 6 fremit *pr C* || 9 anfibolos *C* || 13 Oratra & *C* || 14 *Verg. Aen.* X 280 *sq.* || contugis *C* || tectisq: *C* || 16 Medi° *C* || 17 *Verg. Aen. XII* 80 || queratus *C* || labinio *C* || 19 Ipse *C* || 20 meom *pr C* || potuerunt· non *C* || 21 *Iuuen.* 10, 283 || 23 nonfatorum *C* || ordolucem *C* || 26 subire *C* || 29 anti qui pro *C* || 33 excibere innume|rus *C*.

363 QVICQVID SIGNIFERI C·L·C· quicquid sub zodiaco circulo est, quod et habitabile. est autem hyperbaton: quicquid hominum sumus.

367 AD PLVRES TANTVM CLAMORE non et ferro.

369 CREDITE PENDENTES pars epilogi.

370 CRINIBVS EFFVSIS HORTARI INPROELIA deest: uos.

372 SACROS PEDIB· PROST· C· ut dimicetis. et subaudis: credite prosternere.

375 HAEC LIBERA NASCI posterorum. 376 HAEC VVLT TVRBA praesentium.

376 SIQVIS POST PIGNERA si quis me inter supra memoratos adfectus parentum filiorum et coniugum diligit, dimicet, si diligit.

379 EXVL id est in fuga ero.

380 [LVDIBRIVM] VESTER PVDOR probrum.

384 PLACVITQ· MORI SI VERA TIMERET quia adhuc dubia erant casu belli, quae Pompeius praedixerat.

386 IRARVM METVS HOS quas initio passi sunt.

387 HAEC FACIENT DEXTRAE QVIDQVID NON EXPLICAT AETAS censa erant ante bellum ciuile capita Romana ·CCXX· milia, post bellum uero ciuile centum quinquaginta *milia* k*apitum*.

389 GENTES MARS ISTE FVTVRAS O· cum extinctis patribus soboles minime nasceretur.

391 EREPTO NATALE F· id est *obl*iterabi*t*. FERET auferet. TVNC OMNE LATINVM F·N·E· Romanum, ut 'genus unde Latinum'.

395 RVS VACVVM sine domo, sine colono.

396 QVESTVSQVE NVMAM IVSSISSE S· Numa Pompilius multorum fuit auctor sacrorum, qui hoc instituit u*t* aput uicina urbi loca sacrificia fierent. dicit ergo senatores qui

---

1 c·l·d· *C* || subzoziia cocirculoẽ *C* || 2 *fort.* quoad est || habitabile· ẽ; autemi perbatoN; quiquid *C* || 7 post· c· *C* || 8 pros///ernere; (p *erasa*) *C* || 12 memoratus *C* || 14 ero· v·R· pudor; ludibrium· probrum; *C* || 16 quaeadhuc *C* || 18 initia *C* || 20 cęserant (*sed* a *sub posita*) *C. cf. Liui periocha l. CXV Suet. Iul.* 41. *de errore uid. Mommsenus de tribubus p.* 188 *sq.* || bellum | ciuile *spatio fere V litt. uacuo C* || *scr.* ·cccxx· || romaña (r *ex* n *corr.*) *C* || 21 quinqua|ginta· K *C* || 24 NASCErentur; *C* || 25 errepto· *C* || idestiteraui feret· auferret; *C* || 26 batinũ F·N·G· *C* || *Verg. Aen. I* 6 || 29 Num ma *C* || 30 u aput *C: em D*b.

munus hoc subirent indigne tulisse, quod in Albana solitudine manerent, cum e uestigio recurrere Romam non possent, pro condicione scilicet noctis.

397 NON AETAS HAEC CARPSIT EDAX non uetustas temporis. et est ordo: haec non aetas carpsit et destituit.

399 GENERIS QVO TVRBA REDACTA EST id est ad solitudinem.

402 VRBS NOS VNA CAPIT beneficio paucitatis. VINCTO FOSSORE colono. ſ seruo alligato, non cultore colono ingenuo.

404 NVLLOQ· FREQVENTEM ROMAM plenam.

406 CLADIS EO DEDIMVS usque eo in hac calamitate redegimus | Romam. 94

408 CAVSA MALI deest: est.

410 LEVIORVM ROMA M· conparatione Pharsaliae.

411 HANC VOLVIT NESCIRE D· in fastis non esse.

412 MORBOSQ· FLVENTIS zeugma: hi possent explere uiri.

414 MOENIAQ· INPRECEPS L·P·T· ordo: moenia plena.

415 HI POSSENT EXPLERE V· satiare.

416 DVM MVNERA LONGI EXPLICAT E·A· aut populos dicit qui multo tempore coaluissent aut libertatem diu quaesitam. 'explicat' autem hic non 'expandit' significat sed 'expedit' 'finit', unde et 'eripiens' adiecit.

418 CONSTITVIT CAMPIS deest: in.

419 QVAE LATIVS ORBEM P· ἐρωτητικῶς [interrogatiuum].

420 CITIVS PERPROSPERA FATA CVC· zeugma: quae. quam tu Roma.

421 OMNE TIBI BELLVM GENTES D· omne bellum tibi dedit gentes, hoc est omnes gentes a te deuictae praestant tibi auxilia. OMNIBVS ARMIS proeliis.

422 TE GEMINVM TITAN et orientem et occidentem.

424 VT TIBI NOX id est populis tuis.

425 OMNIAQVE ERRANTES S·R·V· planetas dicit, quae

---

1 indiguesustu|lisse *C*: *em D*^{b} || 3 conditione *C* || 4 carpsit; ÷ & detituit; (destituit *corr.*) *C*, *sed in imo mg. adduntur quae ob homoeoteleuton neglecta erant* ÷ edat· non . . . ętas carpsit· || 8 ſapit *pr C* || Victo *C* || 9 colonoṅ *C* || 11 claudis· *C* || 14 farsiliae; *C* || 16 fluent; *C* || exple[ri uiri; moe]nicaq: *cum litura C* || 18 hii *C* || 19 logi *C* || populos ȣ &qui *C* || 20 quoaluissent *C* || 22 undee· teripiens *C* || 23 capis *C* || 24 latias· urbē P· eroticos inter rogatium *C* || 25 fata C·Λ·C *C* || 27 D·I· *C* || 28 gente | ate· deuietę *C* || 30 titan zorientem *C* || 32 que *C* qui *D*^{b}. *cf. ad p.* 35, 7.

per totum caelum uagantur. dicit autem: ubicumque futurae essent, non nisi Romana id est res Romanis subiectas uiderent. scimus enim cetera sidera id est fixa non nisi certas prouincias uidere quae sub ipsis sunt. an e planetis dicit quinque, Saturnum Martem Mercurium Iouem Venerem, id est septidonium exceptis sole et luna quae uideantur seperata lege circuire.

426 SED RETRO T·F·T· 'retro' im peius. PAR OMNIB· ARMIS A· tantum tibi abstulit una dies, quantum contulerant plurima saecula.

429 NEC VETITOS E·D· 'nec' nec ut. INMOENIA DVCAT deducat in moenia.

430 SARMATICVMQVE PREMAT zeugma: nec ut.

431 QVOD SEMPER SEVAS DEBET T·P·P· aut dum ulcisci non potes; aut quod insanabile et sempiternum uulnus acceperis quod numquam uindicari possit. et est zeugma: effectum est. 'quod' de superioribus pendet.

434 IVGVLO QVAESITA tot bellis adquisita.

435 GERMANVM SCITICVMQ· BONVM id est libertas de qua illi gloriantur. philosophice autem, ut hoc sit summum bonum.

436 VELLEM POPVLIS INCOGNITA N· maior enim poena est perdidisse quam non habuisse.

437 LEVO FVNDATA VOLATV ominoso, quod hos exitus habuit.

94ᵘ 438 INFAMI CONPLEVIT | MOENIA asylo illo seruili de quo exercitum conflauit.

440 DEBRVTIS FORTVNA Q· a Romulo reges habuit Roma usque ad Tarquinium Superbum, quem Brutus expulit et constituit libertatem consulibus ordinatis, quod ipse primus

---

2 nonsiniromanares· idē· *C: em* D^b || 3 uiderant *pr C* || ca&era sidera defixa CD^b. *de re cf. ad l. VIII extr.* || 4 prouintias *C* || sunt; sane planetis *C* sunt· sane planetas D^b || 5 inartem *C* || uenerem ;desepi bonio CD^b: *correxi cl. app. Probi p.* 197, 23 *Keil.; uid. Scaliger ad Eusebium p.* 229ᵃ *ed. II* || 6 soleet (*s erasa*) lunae *C* || uideant sepertas (per *conpendio*) | leges *C* uideantur separatas leges D^b. *an scr.* per seperatas leges? || 8 im *sic C* || Pan *C* || 9 armis· a *sic C* || 10 sclā· *sic C* || 11 uec titos· E·I· *C* || 13 sasmaticum que *C* || 14 utdum *C* || 15 acceperit *C* || 19 bonum P·L·V· idest *C* || 20 *fort.* uelut || 22 Incognitati malor enī poenaesit *C* || 24 hominoso *C* || 26 asilio; *C* || 28 debruti· forunaq· (*an* fortinaq:, *non liquet*) *C*.

auspicatus est. QVID TEMPORA LEGVM tempora libertatis, quando leges ualent.

443 QVAM SVB PERPETVIS TENVERVNT F·T· qui ignorant omnino libertatem.

444 SORS VLTIMA NOSTRA EST sors nostra ultima ex omnibus populis, qui cogimur discere quod nescimus, seruire scilicet.

445 QVOS SERVIRE P. post libertatem. SVNT NOBIS NVLLA PROFECTO *N*· generi humano. [et] secundum Epicurum dicit.

446 CVM CAECO RAPIANTVR S·C· qui non ante possit uideri.

447 MENTIMVR REGNARE I· nam si dii essent, uindicarentur ista. SPECTABIT ABALTO AETHERE T·T·C·F·C· astruit deos non curare terrena.

449 ILLE PETET FOLOEN percutit. quia partes Caesaris debuit fulmine petere. Duas opiniones posuit: prima non esse deos, secunda non curare mortalia.

451 CASIVS HOC POTIVS FERIET C· Caesaris. ASTRA TIESTES INPVLIT ironia. uelut antiphrasin facit: sed dicitis, adeo dii curant humana ut in facinore Atrei, quasi in honore T*h*yestae noctem esse uoluerit Iuppiter: quod non deo sed casu contigit. ceterum cum non unus frater in fratrem simile co*m*mittat sed multi, et non tantum hi sed et patres in filios s*a*euiant, numquid debuit diem dare? quam utique cum dedit, intelligere debemus illud casu contigisse. ASTRA TIESTES INPVLIT ET SVBITIS D·N·A· cum duo fuerint fratres.

454 MORTALIA NVLLI *S*·C·D· confirmatio.

456 QVANTA*M* TERRIS DARE NVM*NA* F·E· quantum licet terrestribus uindictae capere de diis.

457 BELLA PARES SVPERIS F·C·D· ideo quod imperatores post mortem diui a*p*pellantur et non umbr*ae*.

---

1 autspicatus *C: em D*ᵇ || qui *C* || 8 anobis *C* || 9 N· *om C sed relicto uacuo spatio* || 12 *fort.* uindicarent || 13 spetabit *C* || T·T·] F·T· *C* || 15 percutitq: partes *C. an* percutiet? || 16 opinionas *pr C* || 18 Agtraues|tes· *C* || 19 antifrasin *C* || 20 humana *iterat C* || arei *pr C* || inhonore uestę *C. cf. ad p.* 51, 1 *et VIII* 359 || 22 casa *pr C* || caeterum *C* || 24 seruiant *C* || num quid *C. conicias* numqui *sed cf.* numquid *Lucan. V* 486 ecquid *Ouid. trist. II* 251 *al.* || 26 uestes *C ut supra* || 27 mortali anulli C·D· *C* || 28 dat rhenum N·F·E· *C* || 30 pires *C* || ideo quod] Inde qua si *CD*ᵇ || 31 apellantur *C.*

459 IVRABIT ROMA PERVMBRAS hoc est 'diuorum umbras'.

460 VT RAPIDO CVRSV F·S·M· instructa acie Pompeius LXXXVIII cohortes triplici ordine locauit. fuerunt autem pedites XL milia, equites in sinistro cornu sescenti, in dextro quingenti. praeterea reges multi, senatores equitesque Romani plurimi absque leuium armaturarum magna copia. [leuis armatura quam Salustius 'uelites' dicit.]

461 PARVA TELLVRE D· iam in acie stantes.

462 INDE MANVM SPECT· multitudinem aduersam. TEMPVSQ· T·I·R·N·P· deest: erat.

464 FACTVRI QVAE MONSTRA FORENT quae noua monstra esse possint.

466 NEC LIBVIT MVTARE L·T· et quamquam agnouissent, non tamen cohorruerunt contra suos armatos insistere, nemo locum mutauit.

469 TENSIS T·L· cum iaculis scilicet.

470 DII TIBI NON MORTEM apostropha in eum qui conmisit, id est in Crastinum. NON ne. ut *scilicet* eorum quae fecisti conscientia torquearis. DII TIBI NON MORTEM Crastinus dictus est hic qui primus iaculatus in Pompei aciem pilum bella conmisit, qui, ut historia refert, adacto in os gladio, sic inter cadauera repertus est, libidinem ac rabiam qua pugnauerat ipsa nouitate uulneris praeferebat. de quo Titus Liuius dicit 'tunc fuisse euocatum, proximo anno deduxisse primum pilum Gaium Crastinum qui a parte Caesaris primus lanceam misit'.

QVAE CVNCTIS POENA P· quasi ipsa mors poena sit.

471 SED SENSVM POST FATA T·D·C·M· et non patiaris obliuionem morte, ut maior poena tibi sit scire quae feceris.

---

1 Iura ut *C* || Nonẽ *C* || 2 Itaque instruitur utrimque acies· Pompeius *etqs. Orosius VI* 15 *p.* 420 *Hau.* || 3 peditum *Or.* || 4 sercenti *pr C* || 6 plurimum *C* || 7 leuis — dicit *huc translata ex p.* 242, 18 || 8 D·B· *C* || 9 *lemma non correxi, etsi commentatorem nego aliter legisse quam A, Montepessulanum, Vossianos primum et tertium* tempus quo noscere possent || 11 forem; *C* || 13 mutare & *C. spatium rubricae relictum* || 14 chorruer̃ *C* || *an* armati? || 17 apostropha ... 18 est in *in litura scripta C* || 18 nonneaitdicit eorum que *C* || 19 crastinum *C: corr* D^b || 21 historia *Liui? sed ad uerbum concinit Florus II* 13 *p.* 99, 12 *O. I* || 22 sic *C cum Floro: an* sicut? || rabiam *C:* rabiem D^b || 24 liuiuis *C: corr* D^b. *libri CXI fr.* 32 *p.* 230 *Hertzii ex scholiis A nix integrum editum* || hunc CD^b. *cf. Caesar b. c. III* 91, 1 || 25 crastinam *C: corr* D^b || 27 poena quasi *C cum uacuo spatio* || 28 post V·V·S·D·E·M· *C* || 29 utmalor *C.*

473 ROMANO SANGVINE TINXIT uelut infecit.

476 ELISVS LITVIS expressus. CLASSICA 'classica' ipsum sonum dixit.

478 EXTREMIQ· FRAGOR C·I· OLIMPHI id est summum Olympi sonus contigit. Olympum autem dicit aut caelum aut montem, quod infra apicem eius nubes sint.

479 VNDE PROCVL NVBES ab Olympo scilicet. QVO NVLLA TRONITRVA DV· 'durant' perueniunt.

481 RVRSVS GEMINARE C· per echo.

483 VOCESQVE FVRORIS E·S·T·T·R· *per* echo. uoces suas de collibus resonantes horruerunt.

486 VVLNERA PARS OBTAT figere. PARS TERRAE FIGERE T· non homini.

487 AC PVRAS SERVARE sine scelere. RAPIT OMNIA CASVS non prout quis uoluit ferrum cecidit.

488 ATQ· INCERTA FACIT Q·V·F·N· | cum sit incerta fortuna, mact*at* tamen quos uult. 95ᵘ

489 SED QVOTA PARS CLADIS ἀντὶ τοῦ pugnae. FERROQ· VOLANTI sagitt*ae*.

491 ET DEXTRAS ROM· I·V·D· furore pugnandi.

493 IVNXERAT INSERIEM testudinem fecerant.

494 DEXTRAS AC TELA MOVENDI ita densi erant intra testudinem. hos autem dixit stare, illos currere.

495 GLADIOSQ· SVOS C·T· *Virgilius:* 'nec turba moueri tela manus*que* sinit'.

497 IN DENSOS AGITVR Pompei. AGITVR bene perseuerauit. susum enim dixerat 'uesani Caesaris agmen'.

498 QVERIT ITER ut non dimicet, sed per exercitus exeat.

500 ℔AC QVOQ· P·A·V· per loricas ictu mucronis.

501 EXTREMVM EST QVOD QVISQVE F· nihil inmune erat quin uulnus acciperet. 'extremum' autem corpus dicit infra arma positum. ¶ Item: tanta ui percutieba*nt* ueterani,

---

1 Romanes *C* || 5 olimphis onus *C* || Olimphum *C* || 6 men|tem *C* || 7 olim|phos alic& *C* || Quod *C* || 8 tronitr[ua] D·V *cum ras. C* || 9 C·] G· *C* || 10 neuouoces suas· decolli B· *C* || 15 quid *C. fort.* quisque || 17 mactat] enactu *C* || 21 *et* 23 testitudinem *C* || 22 infra *C* || 24 *Verg. Aen. X* 431 || mouere telamanussinunt· *C* || 26 Indensos· pompei agitur· agiturbe ne *C. ordinem restitui cf. ad p.* 11, 23 || 27 susum *sic C. antea u.* 496 || uesani *C* || 28 qepititer· *C* || 29 ac *C* || perlonca sictumucronis; *C* || 31 quinu ullus *C* || 32 percuciebat *C.*

ut quamuis multis armis muniti essent Pompeiani, quasi extremum corporis munimen percuterent. adeo confestim ad corpus ipsud perueniebatur.

502 FRIGIDVS INDE S· GLA*DIVS* iterat hoc ipsud, ut apertius dicat.

504 NEC FORTVNA DIV RERVM T·P·V· nec diutius in illa acie dimicatum est, in qua rerum magnarum discrimen uertebatur.

505 FATO TORRENTE non cum mora aliqua.

506 VT PRIMVM TOTO DEDVXIT C·C· ** cursum enim προοικονομικῶς *praegustare* uoluit, non expedire.

507 BELLIQ· PERVLTIMA F· 'belli ultima' pro 'aciei'. a foris circumcinxit ut includeret.

508 LEVIS ARMATVRA pedites. MANIPLOS I· equites. non autem Caesarianos, sed equitem suum praeeuntem. dicit autem militem peditem equitem sequi ut Caesarianos includeret. LEVIS ARMATVRA sine loricis et ceteris oneribus militum. hi sunt quos 'uelitęs' Sallustius dicit.

509 SEVASQ· MANVS turmas.

510 ILLIC QVAEQ· SVO M·G·P·T· qui erant a parte Pompei, quisque suis armis dimicabant.

511 ROMANVS CVNCTIS PETITVR C· quis enim nesciat utrasque acies Romanas esse? ergo 'petitur' adpetitur ab omnibus gentibus.

513 ET CALIDO LIQVE FACTE PONDERE G· non sole, quem dixit superius obscuratum, sed impetu missus calefactae et solutae sunt.

---

1 armis *iterat C* || 3 *et* 4 ipsud *C, ut infra ad X* 428, *schol. U ad II* 686 *gromat. Lachm. p.* 2, 14. 14, 15 *Consentius de barb. p.* 396, 8. 32 *gloss. Cyrilli* 'αὐτό· ipsud ipsum'. *atque ita in codice Augustini dialecticae Bernensi n.* 548 *fere constanter scribi memini* || 7 atiae *C* || 9 Nam *C* || com *pr C* || 10 tota *C* || *hiatum notaui. desunt quibus iam ipsius pugnae narrationem incipere adnotabatur* || incursum *conicias. sed cf. Luc. VII* 460. 496 || 11 proiconimicos *C* || 12 proactę *C* || 14 Mon aut caesareanos· *C: corr D*ᵇ || 15 equitem sum *pr C* || 17 honeribus *C: corr D*ᵇ || 18 Sallustius *ut Iug.* 46, 7 || 20 suo M·] suum· *C* || 26 superius *scilicet uersu* 519 *sq. itaque in exemplo Lucani quo commentator utebatur, necesse est hunc uersuum ordinem fuisse* 488. 514—520. 489—513. 521 *sqq., cum uolgaris ordo in eo obtinuerit unde haec scholia descripta sunt. sed et uolgarem ordinem et eum quem ex libris UB cognoscimus* (488. 510—520. 489—509. 521 *sqq.*) *non traditum propagarunt sed coniectura grammatici assecuti sunt. hic tandem ueritatis indicia emergunt. nam uerborum* 'Tunc et Ituraei ..... nusquam rexere sagittas' *etqs. u.* 514—520 *sententiam patet*

514 ARABESQ· SOLVTI molles aut quoniam calidas regiones incolunt aut a fluida ueste | qua utuntur. 96

515 ARCV TVRBA MINAX quoniam omnes sagittarii sunt.

516 SED PETITVR SOLVS quia non in hostem sed in aerem iaculantur.

517 INDE CADVNT M· de partibus Caesaris siue Pompei siue *ut*rauis. SCELERIS SED CRIMINE scilicet ut extraneorum.

518 EXTERNVM CALIBEM gentilium Pompei.

519 CIRCA PILA NEFAS ἀντὶ τοῦ circa Romanos. FERRO SVBTEXITVR AER conclusit gent*ium* bellum missilibus ostentans agi.

521 CVM CAESAR METVENS NE F·S·P·L· ne in primo conflictu cederent sui turbati. CVM CAESAR METVENS N·F·S·P·L· Caesar in aciem LXXX cohortes constituens triplici ordine *disposuit.* cui fuerunt minus quam triginta milia peditum, equites mille. in prima congressione equitatus Pompei pulsus sinistra latera nudauit. deinde cum diu utrimque dubia sorte c*ae*derentur atque ex alia parte Pompeius inter hortandum diceret 'parce ciuibus' nec tamen faceret, ex alia parte uero Caesar hoc faceret quod urgueret dicens 'miles faciem feri', uniuersus Pompei fugit exercitus et castra direpta sunt. in quo proelio Pompeianorum caesa sunt quindecim milia, centuriones triginta III.

522 TENET OBLIQVAS POST SIGNA subsidiari*as* cohortes emittit.

524 SVBITVM NON M·C· AGMEN agmen illud latens, quod *sub*sidiarium pr*ae*parau*er*at, in gentiles dimisit qui se uolebant cingere.

---

arctissime iungi cum u. 487 *sq.* 'rapit omnia casus atque incerta facit quos uolt Fortuna nocentis'. *sed praeter incertam sedem et sententia et dictio eae sunt quibus hi uersus* 514—520 *ualde suspectentur. ex interpolatoris nati sunt fabrica, cum Lucani haec fuerint* 488. 489—513. 521 *sqq.* || impletu *C* || calęfactę *C* || 1 malles aut *C* || 2 afluda *pr C* || 4 inartemiaculari; *C* || 7 utrauis] gallis *C* || 9 circaromanos antitu *C. transposui* || 10 subexitur aei *C* || *fort.* concludit || genti | bellum misibilib; hostentansagi· *C* || 12 S·] F· *C* || 13 conflictus ceterent *C* || metuens; triplici· N·F·P·L· *C* || 14—23 *sublata ex Orosio VI* 15 *p.* 420 *Hau.* || 14 choortes *C* || 15 disposuit *suppleui ex Orosio* || min' *C et hic et f.* 127ʳ *itemque codex Florentinus Orosii:* non minus *Orosii codex Bernensis CXXVIII et editiones* || 20 parte uero *C* uero parte *Orosii cod. Bern. CXXVIII:* uero *Orosius, C f.* 127ʳ || hocfticeret *C* || 21 fugia exercitas *C* || 22 caesar sunt· *C* || 23 III] milia; *C* || 24 Post quina· subsidiaris cohertes; *C* || 26 laṇtens quodsi | diarium· preparabat *C.*

525 NVLLOQ· PVDORE TIMENDI gentiles non uerentes dedecus si uincerentur.

528 VT PRIMVS SONIPES TRANSFIXVS P·F· eques gentilis Pompeianus.

530 OMNIS EQVES CESSIT C· in fugam uersus.

532 PERDIDIT INDE MODVM C· sine modo coeperunt Caesariani occidere, scilicet fugato hoste. AC NVLLA SECVTA EST P· amplius Pompeiani non potuerunt *uires* resumere.

533 SED HINC IVGVLIS HINC F·B·G· sed illi moriendo, illi occidendo rem gerunt.

534 NEC VALET HAEC ATIES T·P· ostendit Caesarianorum numerum inferiorem fuisse.

536 SVFFICIAT CRVOR ISTE TVIS Q·B·F·P· utinam sufficiat tibi cruor gentilium, non et Romanorum.

537 ALIO SANGVINE Romano.

538 HIC NVMERVS gentilium.

539 AVT SI ROMANO C·S· MAVIS o Pharsalia.

540 ISTI PARCE P· gentilibus, o Pharsalia.

543 SEMEL ORTVS INOMNES I·T· Pompeianos scilicet.

544 ET FATIS DATVS EST PRO C·C· secundum Caesarem.

545 VENTVM ERAT ADROBVR M· ad acies Romanas.

546 QVOD TOTOS E·V·P·A· 'quod' bellum scilicet.

547 FORTVNAQVE CAESARIS H· tam prospera quae erat,
96ᵘ | retardata est.

551 HINC SVNT TVA CRIMINA C· hic geruntur bella ciuilia.

552 HANC FVGE M·P·B· apostropha ad se. TENEBRISQ· R· sine commemoratione sit.

* * * * *

596 * * imperet ut dignus sit dextra Bruti.

598 PATRITIVM CAMPIS N·M·P·C· ostendit adunatum fuisse senatum circa signa.

601 NVSQVAM MAGNI FORTVNA S·I· ut nec hic deesset ubi Pompeius est uictus.

---

6 domum *C* || caepeř caesariam *C* || 8 uires *interposui* || 9 iuńgulis *C* || B·] h· *C* || 11 caesareanorum *C ut saepius* || 13 cruoris tecutis *C* || 17 maius *C* || ofarsalia isti parcepȩ *in litura C* || 18 farsalia *C* || 20 *an* secundus Caesari? || 21 uenturum *C* || 23 caesar s·h· *C* || 26 fugẽ· P·B· *C* || 27 *post* sit *in extremo uersu spatium XV litterarum uacuum reliquit C: intercíderat una exempli scheda cf. ad VIIII* 496 || 29 detra *pr C* || 30 P·] C· *C* || 31 sign[a] *ex corr.* (*fort.* signis *pr*) *C.*

602 VICTVS TOTIENS A CAESARE paene sub iugum missus.

604 AC VENIA GAVDET C·S· interisse l*a*etatur.

605 CRASSO SANGVINE gelato uel multo. VERSANTEM MEMBRA *Virgilius* 'moriensque suo se in uulnere uersat'.

609 MORIENTIAQ· ORA R· in uocem scilicet.

610 NON TE FVNESTA SCELERVM MERCEDE P· necdum te uideo obtinuisse. haec est enim 'merces funesta'.

611 SED DVBIVM F·C· qui posset et uinci. GENEROQVE M· quoniam necdum hic obtinuit.

613 TE SEVO MARTE SVBAC*TVM* te credo mor*i*turum.

614 NOBISQ· DAT· et uiuis et mortuis dabis poenas.

617 INPENDISSE PVDET id est de se ipso. INFVNERA MVNDI ἀντὶ τοῦ inpendisse aliquid operis.

618 AC SINGVLA FATA stilo exequi.

621 [ORE] DIMISSVM FAVCIBVS E· figurate: illa re demissum.

622 EXPVLERIT MORIENS A· animam expulerit gladio moriens.

624 AVT QVOS CAMPIS A·A· zeugma: pudet quaerere.

625 EMISSIS VENIS ruptis.

629 QVIS LACERET c*a*edat. NIMIAQ· PROBET S·I· ut non credatur in patrem saeuire, cum tam grauiter s*a*eui*a*t.

630 MORS NVLLA QVERELLA D·S·E· *Virgilius:*

'quis funera fando
explicet aut possit lacrimis *aequare labores?*'

631 NVLLOSQVE HOMINVM L·V· nec uocamus haec comprehendere.

633 QVAS ALIAE CLADES Alia fluuius haut longe ab urbe est. iux*t*a quem Galli Brenno duce XV kalendas augustas deleto exercitu post triduum etiam urbem uastauerunt excepto Capitolio. sane 'Alia' dicitur sicut hic: nam Virgilius

---

1 poenae *C* || 3 Grasso *C* || uel] ut *C* || 4 *Verg. Aen. XI* 669 || 6 regnum *fort. addendum ut etiam u.* 9 || 9 necduri· hic *C* || 10 subacte (h *supra* a *scr.*) credemor | tuiri; *C hoc est aperte* mortum iri || 15 Illa redimissum *C* || 19 quas *C* || 21 sed&· *C* || nimiãq; *C* || 22 seuit *C* | 23 *Verg. Aen. II* 361 *sq.* || 25 explicit *C* || lacrimis E·L· *C* || 26 uocamus *C ut supra p.* 95, 3. 104, 21. *cf. Buecheler mus. Rhen. XIII p.* 583 *sqq. Bergkius in Fleckeiseni ann.* 1861 *p.* 629 *sq.* || 29 est luxe quem CD^b: *corr D* || 30 uasta uerunt· propt̄ *sic* CD^b, *sed uerba* excepto ... uirgilius *f.* 97u (*p.* 247, 30) *conparent* || 31 nam] iam *C* || *Verg. Aen. VII* 717.

propter necessitatem metri unum *l* addidit, sicut 'relliquias'. hoc Sergius ita exposuit conmentator Virgili.

637 ROMANVS CAMPISQ· V·C·T· ut quamquam tantae nationes interierint in hoc proelio, maior tamen fluxus sanguinis de Romanis extiterit.

638 MAIVS ABHAC ACIE QVAM QVOD S·S·F· ** *si* tantum nasceretur, quantum moreretur. modo autem et secundae *a*etates extinctae sunt quodam modo quae et ips*a*e generare possent.

97 639 PLVS EST QVAM VITA S· plures mortui sunt | quam
11 uiuunt.

643 INREGNVM NASCI in seruitutem. PAVIDE NVM GESSIMVS A· ἐρωτητικῶς [interrogatiue].

645 IN NOSTRA CERVICE SEDET uelut sub iugum mis*it*.

15 649 FORTVNAM DAMNARE S· in fugam uerti.

651 QVAE BELLO OBSTANTE L· scimus enim late diffusa de plano non posse uideri.

653 AC SE TAM MVLTO P·S·V· ἀντὶ τοῦ acies suas per quas et sibi desperabat.

20 657 DIGNOS ETIAM NVNC REDDERE VOTIS C· credidit adhuc deos dignos esse aput quos uota fierent pro mil*it*ibus residuis.

660 STANTE MVNDO pro gentibus. ROMA SVPERSTITE populo Romano.

25 661 ESSE MISER infra Caesarem uideri. SI PLVRA IVBANT MEA V· aut deos aut Caesare*m*.

662 SVNT NATI· DEDIMVS T·P·F· qui intereant mecum.

664 ORBE REMOTO- excepto.

666 IAM NIHIL EST FORTVNA M· si pro me haec omnia
30 periclitantur, iam eius f*i*unt omnia cuius esse uolueris. ET ARMA zeugma: circuit.

---

1 unũ addidit *sic C cum interstitio in quo* L *litteram librarius rubro pingere oblitus est: corr DD*ᵇ || relliquias *Verg. Aen. I* 30. 598 *etc.* || 2 *Seru. in Aen. VII* 717 || uirgl; *C* || 3 v·] q·v· *C* || 4 preliõ *C* || sanguinis his de *C* || 5 romanus *C* || 6 malus· *C* || aciae *C* || f. tantum *C. apodosis intercidit* || 7 nascerent· *C* || 8 quos dãmodo *C* || 12 pauidene hunc gessumus *C* || 13 eroticos· interrogatiuę: *C* || 14 Misi *C* || 16 scimusenis· Mlate (M *rubro*) *C* || 18 aciaes *C* || per] *fort.* propter || 19 desperabat *Kiesslingius:* idem sperabat; *C* || 21 quoduota fuerant promitibus *C* || 23 suęstite *C* || 25 sipula; *C* || 26 caesare *C* || 30 funt omniã *C.*

668 ET REVOCAT MATVRA INFATA R· quos certum esset perituros.

669 SEQVE NEGAT TANTI deest: esse. ut sit sensus: seque negat *t*anti esse pro quo mortem subirent. NEC DEERAT ROBVR I·E· animi robur. [aut 'tanti', pro quo debeant mori].

675 PRESTANDVM EST VBICVMQ· C·*S*· TV QVOQ· CONIVX C·F· excusatio fug*ae*. turpe enim fuerat duci fugere.

678 NON TERGO TELA PAVENTEM qui non timeret mortem.

679 INGENTISQ· ANIMOS non humiles malis.

680 SALVAQ· VERENDVS MAGESTATE D· dolor erat in pectore, non in uultu.

682 ROMANIS PRAESTARE M· ut non esses uisus flere. NON INPARE VVLTV ASPICIS E· eo uultu es in T*h*essalia uictus, qualem uictor in aliis regionibus habebas, numquam superbiens.

685 QVAMQ· FVIT *LAETO* P·T·I·T· TAM MISERO FORTVNA M· quem admodum uictor, ita et uictus infra te habuisti, Pompei, fortunam.

686 IAM PONDERE FATI DEPOSITO SE*CVRVS* Cicero 'quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur'. DEPOSITO PONDERE deposita sollicitudine.

688 SPES NVMQVAM INPLENDA R· quae se numquam satiaret laetis rebus continuis. sine spe esse c*o*episti, quae in te tanta erat ut numquam potuisset impleri: adeo multum sperabas.

689 QVID FVERIS· NVNC SCIRE L· adsiduis enim incrementis | modus potentiae nosci non poterat. 97ᵘ

690 NVLLVM QVI P·I·A· militem scilicet.

691 IAM TIBI MAGNE MORI ne sibi non pro libertate sed pro Pompeio mori uiderentur.

693 SIC ET TESSALICAE POS TE P·M·P· sic pro te pugnant uiuo quem ad modum et post mortem tuam.

---

3 de ēe seut *sic C* || 4 negatanti essent· *C* || 5 quod *C* || 8 c·ʀ exousatio *C* || 9 pa uęstē; *super* s *inducta* n *scr. C* || 11 uerendas *C* || 12 inuulti; *C* || 14 intesalia *C* || 15 superuiens *pr C* || 17 laeto *addidi* || 18 uatus intrate *C* || 20 deposito seçuro quod *C. Cic. or. pro Deiot.* 13, 36 || 21 liberanť *ex* liberanť *corr C* || 25 utnumpotuiss& *pr C* || 26 sperabat *C* || 29 Nullumq; P· *C* || 30 mori excepto capitolio· sanealiadř· sicut hic iam uirgilius ne sibi *C cf. p.* 245, 30 || 32 sicprose pugnante uiuo *C.*

694 NON IAM POMPEI NOMEN P·P·O· non iam pro amore Pompei, non pro studio partium, sed pro libertate pugnatur.

695 SED PAR QVOD SEMPER HABEMVS L·E·C·E· libertas contra Caesarem pugnat, non Pompeius. quae quodam modo omnibus imperatoribus reluctabitur.

697 OSTENDIT MORIENS SIBI SE P·S· scilicet cum adhuc perstet.

698 NONNE IVVAT PVLSVM B·C· ἐρωτητικῶς [interrogatiue].

699 PERSPECTASSE NEFAS 'sibi se pugnare'.

701 SOCERI MISERERE TVI non ultra nocens esset.

702 *QVO PECTORE R·* INTRAVIT FACTVS CAMPIS F·I· quo animo. et bene 'intrabit', ut ostenderet ferocitatem, ut 'intratos exercitus' et 'intratas' dicimus 'ciuitates' captas. CAMPIS FELICIOR I· hic gloriam consecutus.

705 LONGO FATORVM CREDE F· per quem diu floruisti.

707 FLERE VETA POPVLOS hic uoluit ostendere qualiter populi Pompeium diligerent, ut ipse eos debeat a lacrimis reuocare pro se plorantes. aut certe hoc dicit: noli flere, ne fleant. LACRIMAS LVCTVSQVE R· aut a te expelle, aut pro te uolentibus flere.

710 ASPICE POSSESSAS V· a te scilicet. DONATAQ· REGNA Ptolomaeo Hiamsali Pharnaci et Iubae. [et] zeugma: uultu non subplice. 711 ET TERRAS ELIGE M· προοικονομία.

716 SOCIOS SE CLADIB· OBTANT id est ut quicquid publicum fuerat uel priuatum, Pompeio conferrent ad reparandas uires. socios Magno se pollicentur ad bellum.

718 TEQ· MINOR SOLO quod non ut soles uiceris. qui non tibi simulaueris.

719 RVRSVSQ· INFATA R· pristina scilicet. integrare causam.

724 GEMITVS LACRIMEQ· S· populorum per quos ibat.

---

3 per *pr* par *supra scr. C* || habemul· C·T·E· *C* || 6 sibisse *C* || 8 niuat *C* || E·R·O· (*rubro*) | ticos *C* || 9 perspectasene F *C:* perspectare *corr D* || sibi *ex u.* 697 || 10 miser or&us; *C* || nocens· eẽt· *C. fort.* nocens esses || 11 *lemma suppleui* || F·S qua *C* || 12 intrauit *CD*ᵇ || ferocit̃ *C* || 14 felicib; S *C* || 16 u&at *C* || 19 lactusq· uer; *C* || 22 ptholomeo· *C* || Iæmsali *ex* Iamsali *corr. C cf. p.* 53, 8 || farnaci *C* || 23 sublice *C* || proicominia· *C* || 24 sedcladib; obtanti ut *C* || 26 sotios· | manos *C* || 28 simulaueris *C i. e. similis fueris cf. schol. Persii VI* 1 'in nullo se eis similare quos culpat', *gl. Sangall. cod.* 912 *p.* 82 'disto: dissimilo differo' || 31 lacrimiq· *C* || percos *pr C.*

725 INSEVOS CONVICIA DIVOS quod passi essent uinci Pompeium.

726 NVNC TIBI VERA FIDES Q·M·F· tunc enim conprobatur amantium fides, cum aduersa oriuntur. uerum cum prospera sunt omnia, potest amor simulatus existere, qui fallat ut ueritas colligi nequeat.

727 FELIX SE NESCIT AMARI quoniam iuxta felices adulatio est, iuxta miseros amor.

730 PERI|TVRAQ· FRVSTRA qui si uiuerent, nil ualerent. 98

731 SED CASTRA FVGATOS N·R· 'castra' pro his qui in castris fuerunt. id est: ne illi, qui castra seruabant, fugientes ad se colligerent, collectisque adimeret nox pauorem.

732 NE REVOCENT in animi robur aut in se.

734 DVM CONFICIT OMNIA T· legitur et 'dum conspicit' quasi φυσιολόγως: quo modo Iuppiter quos uidet leuat, ita et terror quod uidet premit. quale est illud Virgilianum 'aspice nos, hoc tantum'. 'conficit' autem premit.

735 GRAVE NE FESSIS pro fatigatis posuit.

736 HOC FORET IMP· quasi hoc aliquis dicat. NON MAGNO ORTAMINE quasi hoc poeta.

740 CVNCTIS EN PLENA METALLIS C·P· omnis generis pecunia. et ideo hoc, ut dum inmoderata cogitat lucra, acrius dimicet atque ita uelut sine labore castra obtineantur.

741 RAPTVM HAESPERIIS Æ·G·A· Hispanis aut certe Italis.

743 MAGNIQVE COACTA bene 'Magni' et *non* 'populi Romani' dixit, ne se ipse faceret reum.

744 EXPECTAT DOMINOS deest: uos.

746 SIC MILITE IVSSO I·S·G· ordo: sic milite iusso quae fossa, quis agger sustineat?

753 BELLORVM INSVMPTVS C·P·M· quod ad usus proeliorum Pompeius collegerat.

755 IBER TAGVS utraque Hispaniae sunt flumina.

---

1 ConuiCia (Ci *corr. ex* fi) *C* || 3 c̄probaꝫ *C* || 5 qui fallatiit· ut *C* || 7 flexit se *C* || iusta *C* || adultio·ē·iusta *C* || 9 uarerent *pr C* || 10 fugatus *C* || quihicastris *C* || 12 adimiret *C* || 15 fisiologos *C* || 16 *Verg. Aen. II* 690 || 19 aliqui *C* || 20 *fort. add.* respondeat || 21 en] sent *C* || pecuniae; & *C* || 23 contineantur *C* || 24 Reptum *C* || E· *addidi* || certa *C* || 25 non *addidi* || 27 Expectat at *C* || 28 milites iusso I·G *C. itaque C quoque uersum* 747 *non legit omissum in U pr V pr M, damnatum a Bentleio et aliis* || 30 quod *C* '*quot*' *putaui esse ut p.* 252, 29. 70, 29 *al., sed expectes* quae || ꝓoeliorū *C.*

756 ARIMASPVS Scythiae populus. aput quos μύρμηκες sunt quaedam animalia formicis similia quae terras eradunt et repertum aurum egerunt.

757 PARVO SCELVS H·V·P· ne ab aliqua parte lucris sibi interdiceretur, paruum praedicabant. VENISSE uenundatum esse.

760 DECIPITVR QVOD CASTRA R· quoniam possent alia capere meliora.

763 INQ· TORIS FRATRVM in eorum tentoriis quos ipsi occiderant.

765 TESSALICAM MISERI V·I·P·P· conscientia factorum torquet.

768 INGEMVISSE PVTEM C· quasi campos et terram doluisse. ** se ostenderunt per uindictam, dum tanta mala mentibus Caesarianorum insinuant. ** dant animo poenas noctu*rno* uisu.

770 ET SVPERAM STIGIA F·N· zeugma: infectam.

771 EXIGIT AMERITIS TRISTIS VICTORIA P· non dea, sed factum suum.

772 VMBRA PERAEMPTI CIVIS A· aut ob factum iam poenae aderant aut ipsae umbrae Poenae aderant.

773 SVA QVEMQ· PRAEMIT T·I· factum suum unum quemque premebat.

776 OMNIS INCAESARE M· sunt. ⟦[et] qui omnium fu-
erit causa.

778 PELOPEVS ORESTES 'Pelopeus' quod a Pelope genus
98ᵘ ducit. | hic occisa matre cum fureret, accepit responsum ex oraculo Apollinis non se posse sanari, nisi simulacrum Dianae raptum ex Taurica in Graeciam *transtulisset*. quod Pylade comitante cum sorore transuexit.

780 CVM FVRERET PENTEVS A·C·D·A· zeugma: Eumenidum uidit uultus.

---

1 scitiae *C* || mir mices *C* || 3 aegerunt· *C* || 4 lucris *cf. p.* 249, 22 || 9 fratum· *C* || 10 occideř *C* || 11 Tessaliacam misseri· *C* || fatorũ *C* || 13 quãpos *pr C* || 14 *hiatum notaui. fort. solum lemma intercidit u.* 769 inspirasse animas || uincdictã *C* || 15 caesaremorum *C* || *deest lemma u.* 771 exigit . . . poenas || dantes *C* || anima *pr C* || 16 non uisu (*an* iusu) *C* || 19 factumsum· *C* || 20 per[a]empti *cum ras. C* || 22 p̃mit *C* || 24 & *C cf. ad p.* 166, 7 || 26 Perelopeus orestes· *C* || 27 matres *pr C. fort.* matre sua || 29 tauricãgreciam quod pila de *C* || 31 eumeonidum· *C* || 32 uulttus *C.*

781 HVNC OMNES GLADII ordo: hunc omnes gladii illa nocte premunt.

784 ET QVANTVM PENE MISERO MENS CONSCIA D· id est quantum Pompei uita a malis releuet. hoc in loco ostendit poenam nocentibus non extrinsecus nasci, sed de propria mente descendere.

787 FARSALICA DAMNA RETEXIT quoniam nocte latentia erant.

788 NVLLA LOCI FACIES REVOCAT F·A· deest: á. 'reuocat' prohibet. nil horridum uultibus Caesaris apparebat.

789 CERNIT PROPVLSA CRVORE F· exclusas undas.

791 SIDENTIS INTABEM S·A· fluxu tabis.

792 ET MAGNI NVMERAT POPVLOS cumulos mortu*o*rum, non singulos homines.

793 ILLE LOCVS V·E·Q·F·*I*·A· editus scilicet et uisui facilis.

794 IVBAT EMATIAM N·C·T· tectam membris.

795 CAMPOS SVB CLADE *L*· eundem sensum iterauit.

797 AC NE LETA sibi l*a*eta. FVRENS ferox.

798 INVIDET IGNE ROGI MISERIS ne ambustis corporibus defrudetur spectaculo tam crudeli.

799 PENVS HVMATOR CONSVLIS Annibal dicitur Aemilium Pa*u*lum aput Cannas uictum funerasse, qui fuerat consul. ergo hic in ciues facere noluit, quod ille gentilis in hostem fecerat.

801 HOMINVM RITVS VT SERVET I·H· ut ciuibus pr*a*estet quod hostibus non negatur.

802 NONDVM SACIATA CEDIBVS *I*· nondum satiata ira, quod perierint.

803 CIVES ESSE SVOS contra quos bellum susceperat.

804 VNVM IGNEM unitum.

805 NON INTERPOSITIS VRANTVR C·F· ne etsi in uno composita, discretione tamen uiderentur singularitatem mereri.

---

1 hordo *C* || 4 releb& *C* || 9 De·est·ά· (a *rubro cum apice*) *C* || 10 prohib& et nil órridum *C* || 11 excl. *cf. p.* 192, 15 || 13 martium non singulos in homines· *C* || 15 F·I·] P· *C* || editos *pr C* || uisui *sic C* || 17 T·] I·T· *C* || 18 L· *oblitus est rubro pingere loco uacuo C* || 19 ne leꝛta *C* || 20 igni *C* || 21 defrudentur *C* || 22 Penis *pr C* || 23 palum *C* || 25 fecerit *C* || 26 Rites *C* || 28 I· *om C ut u.* 18 || 31 unitam *C*.

809 NIL AGIS ℏAC IRA nil adicis poen*a*e. 810 HAVT REFERT ad mortuos non pertinet.

811 CVNCTA SINV et sepultos et insepultos. FINEMQVE SVI S·C·D· id est etiam cessantibus flammis.

813 VRET CVM TERRIS V·C·G·P· ἐκπύρωcιc quam secu*tur*am κατακλυcμοὺc adserunt Stoici.

99 815 QVOCVMQVE TVAM FORTVNA VOCAVIT | sine differentia. dicit autem nihil adferre beneficii sepulturam.

816 NON ALTIVS IBIS IN AVRAS N·M·L· quamdiu uiuimus, habemus discretionem: mortui unum sumus omnes. [et] sectas hic tangit Epicureorum et Stoicorum.

818 LIBERA FORTVNA MORS E· id est nihil ultra mortuis potest nocere fortuna.

819 CAELO TEGITVR Q·N·H·V· ne quis insepultus esset, rerum natura prospexit. quem tyrannus proiecerit, dies condet.

824 CAMPOSQ· TENENT V·F· ablato uisu camporum.

830 AERA NON SANVM corruptum.

833 TREICIAS HIEMES multi in hoc detrahunt Lucano. ADMOℓLEM SERIVS AVSTRVM quam frigora urguebant, dixit. utique cibi causa.

840 MEMBRAQVE DEIECIT I·L·V·A· ordo: s*a*epe super uultus uictoris et impia signa iam lassis unguibus ales deiecit membra.

844 DEGVSTANT ARTVS fastidio.

845 FASTIDITA ut sagina. aut ab alitibus aut a feris. QVAM SOL partem.

847 TESSALIA INFELIX QVO TANTO CRIMINE T· apostropha. ad uicem epilogi finit librum.

849 QVOD SVFFICIT AEVVM quod s*a*ecula necessaria erunt?

850 VT DONET BELLI TIBI D·V· per obliuionem.

851 QVE SEGES INFECTA SVRGET si obliuio. celet, ipsa

---

1 ac *C* || aut *pr C* || refret *C* || 2 ptinet (p *ex corr.*). Etcuncta *C* || 3 & sepultus *C* || 4 suis C·D·I· &iã *C* || 5 hec pirosis quam secutam cataclis mos *C. cf. L. Senecae ad Marciam de consol.* 26, 6 || 6 stomici *pr C* || 7 quodcumque *C* || fortunã *C* || 12 mores I (*rubro*) nihil *C* || 13 postest *pr C* || 14 insepultis *pr C* || 15 tir ran nuus *C* || 18 detraunt *pr C* || 20 utiqueune (ciui *corr*) *C* || 23 men bra *C* || 24 *sq.* fastidi[o]& sig|NA· fastidio & sagina aut ab *cum ras. C* || 27 apostropha *inter* infelix *et* quo *collocat C.*

herba testatur. NON DECOLOR HERBA ut etsi uetustas celet, color indicet herbarum.

852 QVO NON ROMANOS VIOLABIS VOMERE M· uno quoque anno cultura terrarum uelut nouum uulnus adferet mortuis.

853 ANTE NOVE VENIENT ACIES aliud bellum ciuile dicit, quod Augustus ibidem in Thessalia est gesturus.

854 PRAESTABIS NONDVM SICCOS H·S·C· si prioris aetatis fossas eruamus.

856 EXTANTIS TVMVLOS monumenta.

858 PLVS CINERVM HEMONIE S· quod est de prioribus manibus.

859 DENTIBVS pro bidentibus.

860 NVLLVS ABEMATIO RELIGASSET L·F· execrans. post nouem autem uersus extat ordo uerborum: nullus ab Emathio religasset littore funem nauita, si non prima nefas belli sed sola tulisses.

863 VMBRARVM CAMPOS umbris occupatos. GREGIBVS DVMETA CARERENT scilicet etiam colonis ablegantibus se procul.

866 INPACIENS HOMINVM inhospita.

867 VEL GLATIAE NVDA ATQ· IGNOTA L· quoniam esset | Thessalia, quales aut pro aestu Africae aut pro frigore 99ᵘ Thraciae partes sunt.

869 O SVPERI apostropha. LICEAT TERRAS ODISSE N· non enim licet odere, dum inquinatae sunt omnes et nihil est quod eligere debeamus.

870 QVID TOTVM PRAEMITIS 'premitis' sceleribus, absoluitis dum damnare non licet. ⟦QVID TOTVM PRAEMITIS premitis totum orbem, dum ubique geruntur bella ciuilia: absoluitis orbem, dum hic amplius bella desaeuiunt.

---

1 ut& seuetustas *C* || 3 qo *ex* co *corr. pr. m. C* || romano *C* || suo quoq: *C* || 4 nouem *pr C* || 7 angustus *C* || gessurus *C* || 8 sicos *pr C* || c·] m· *C* || 9 fossaseruamus· *C* || 11 plus &nerum *C* || hemonies· quod *C* || 13 prouidentibus· *pr C* || 14 religasse *C* || 16 nauitaſnon *C. est u.* 868 || nefal *pr C* || bellis sed sola tul|lisses· *C* || 18 occupatus *C* || 22 l· *C* iaceres *editur* || quoniam] quãquã *C* || 23 tessaliam *C* || 24 partesunt *C* || 25 apostrofa *C* || odissent· *C* || 26 odere *C. fort.* odire *sed cf.* 'odendus' *Claudii Sac. I* 22 *p.* 5 *Vindob.* || 28 p̃mitis *bis C* || scelerebus *pr C* || absolutis dum dãpnare *C* || 31 adsoluitis *C* || pella *pr:* u *supra* p *scr., igitur* puella *corr C.*

871 HESPERIE CLADES Hispaniae, in Munda. FLEBILIS VNDA PACINI Siciliae a promunturio.

872 ET MVTINA ET LEVCAS in Mutina Brutus obsessus est ab Antonio sed altero. PVROS FECERE FILIPPOS inmunes ab scelere, ut dicimus 'puros a crimine'.

2 patini sicilia · a *C.*

LVCANI · ANNEI · COMENTORV̄ | EXPLICIT · LIB̄· VII · INCIPIT LIBER VIII · *rubro C.*

LIBER OCTAVVS Bern 8-

1 IAM SVPER HERCVLEAS FAVCES Heraclium oppidum in *Th*essalia circa Larissam, at quam primum fugiens uenerat. ab Hercule nominatum est hoc oppidum. NEMOROSAQ. TEMPE in *Th*essalia mons est Pindus: sub hoc locus amoenissimus nemore et fonte qui Libet*h*ros appellatur. inde omnis regio amoena plerumque Tempe appellatur.

2 DISPENDIA longitudinem. ** quam conpendia. an 'dispendia' circuitus. circuitus facit uiae dispendium.

4 INCERTA VESTIGIA qua nemo suspicaretur. INCERTA FVGE VESTIGIA TVRBAT festinatione, nequis se insequeretur.

5 INPLICITASQ· ERRORE VIAS zeugma: turbat. 'uias' autem uestigia. PAVET ILLE FRAGOREM MOTORVM VENTIS N· existimans *h*ostem.

6 COMITVMQ· SVORVM zeugma: pauet.

7 TREPIDVM LATERIQ· TIMENTEM a parte totum.

8 EXANIMAT zeugma: fragor. deest: eum. QVAMVIS SVMMO DECVLMINE LAPSVS N·B·*S*·P·S·S·E· quamuis se humiliatum sciat et nullius meriti se esse no*u*erit, tamen mortem suam pr*a*emio esse cuicumque non nescit.

12 DESERTA SEQVENTEM N·P·T·F·C·T· occultare miseram fortunam non sinit factorum notitia. ordo: tutis fatum celare latebris non patitur clara uiri facies.

14 MVLTI FARSALICA CASTRA Pompeiana.

16 VERTIGINE RERVM ADTONITI euersione mundi aut mutatione, a uertendo. 'adtoniti' potuisse uinci Pompeium.

---

2 intessaliam circaclarissam *C. fort.* ultra Lar. || uerat (NE *supra scr.*) *C* || 5 Olympus *uolebat commentator* || *fort.* sub hoc est hic locus || 8 *hiatum notaui* || 10 quam *C* || 11 ruge *C* || nequiſe *C* || 15 Cõmitatumq· *C* || 16 aperte (per *conpendio*) *C* || 17 exanima·T (t *rubro*) *C* || 18 larsus *C* || N·B·P·S·S·C· *C* || 19 stiat *C* || meritis·e͞e·sonuerit *C* || 21 T. *h. e.* tenebris *C:* latebris *uolgatur* || 23 caelare *C.*

17 CLADISQ· SVE VIX IPSE FIDELIS A·E· tam incredi-
100 bile | hoc uidebatur, ut nec ipsi hoc crederetur si referret.

19 CVNCTIS IGNOTVS GENTIB· ESSE M· aut quoniam pudebat illum aut quoniam sollicitum faciebat.

22 QVE TANTO PONDERE FAME RES PREMIT ADVERSAS *ut* quantum fuit ante sublimis, tantum se doleat humiliatum.

23 FACTISQVE PRIORIB· VRGVET conparatio priorum bonorum mala pr*a*esentia uulnerabat.

24 NVNC FESTINATOS NIMIVM SIBI SENSIT H· solacium illi malorum exsisteret, si pr*a*eterita claritas non fuisset.

25 ACTAQVE LAVRIFERE DAMPNAT SILLANA odit qu*a*e sub Silla feliciter in iuuenta sua gessit. 'acta' autem 'Sillana' dixit, quoniam fauente Silla h*a*ec gessit.

26 CORICIAS CLASSES piraticas. Corycos antrum Ciliciae. ET PONTICA SIGNA Mit*h*ridaticam uictoriam.

27 DEIECTVM MEMINISSE PIGET erubescit aput se.

SIC LONGIVS AEVVM DESTRVIT INGENTES ANIMOS quoniam perdito imperio superuixit. ordo: sic longius aeuum destruit ingentis animos, nisi summa dies cum fine bonorum adfuit. *sensus:* nisi summa dies cum fine bonorum adfuit uni cuique ut usque ad diem mortis durent bona et ante mala inminentia finis aduenia̲t, dedecori est aduersa fortuna perienti.

29 SVMMA DIES mortis. Ouidius

'scilicet ultima semper
*ex*spect*a*nda dies hominis dicique beatus
ante obitum nemo supremaque funera debet'.

32 TRADERE SE FATIS AVDET NISI MORTE PARATA ne huius modi aliquid patiatur.

---

1 sui uix *C* || 3 M·] A *C* || 5 repremit *C* || 6 ut *addidi* || fuit tante *C* || 8 *an* tolerabat? || 9 solatiam illam alorum *C* || 11 subilla *pr C* || 13 qm̃ fabentes illa hoc *C* || 14 Corigas *C* || [coricos antrum cilicaae· E]t *in litura C* || 16 piget *C: sed commentator* pudet *legebat* || 17 an mos *C* || 19 ingentis *sic C* || 20 sensus *interposui* || 21 bona aetante *C* || 23 petienti *C. cf. p.* 232, 28 interient || 24 sump|madies *C* || *Ouidius metam. III* 135 *sq.* || 25 scilicet Onidius D^{b} || semperspecta tadies *C: corr.* D^{b} || 26 hominis *C:* homini-D^{b} *ut apud Ouidium editur contra sententiam* || 29 patiatur *in rasura C.*

33 LITORA CONTIGERAT Pompeius fugiens in ostio Penei amnis onerariam nauem nanctus in Asiam transiit. inde per Cyprum in Aegyptum uenit.

36 FLVMINEIS VIX TVTA VADIS nedum maris.

37 CVIVS ADHVC REMIS QVATITVR CORCIRA pro nefas, inquid. Pompeius, cuius classes adhuc iuxta Corcyram sunt et sinus Leucadiae, cum auxiliis subuenientes, eorum rector in exiguam alnum correpsit.

38 CILICVM DOMINVS T·Q·L· qui sub se tantas naues habuit, alnum conscendit, cuius nauigio se credidit.

40 CONSCIA CVRARVM SACRATA I·L·L· uxor quae in corde erat suadet ire Lesbon.

44 TREPIDA QVATITVR FORMIDINE SOMNVS terrebatur in somnis.

45 TESSALIAM | NOX OMNIS HABET tota nocte *de* Thes- 100ᵘ
salia cogitabat et de euentu, die tota maria prospectabat 16
pro aduentu nauis. TENEBRISQVE REMOTIS mane.

48 VENIENTIS VAELA CARINAE cuius cumque.

49 QVERERE NEC QVICQVAM D·F·C·A· timens ne aduersa audiret.

50 EN RATIS AD VESTROS QVAE T·C·P· 'en' ἀποστροφή.

51 EN NVNC TIBI SVMMA PAVORIS N· pauoris tui consummatio. ipse 'coniunx uictus' est 'summa pauoris'. ⁊ finis.

52 RVMORQVE SINISTER zeugma: summa pauoris.

53 QVID PERDIS TEMPORA LVCTVS timor de incerto est, luctus de certo.

54 CVM POSSIS IAM FLERE TIMES adhuc times ut incerta.

55 PROSILVIT Cornelia.

56 DEFORMEM PALLORE DVCEM dolore scilicet et metu. VVLTVSQVE PREMENTEM in terras.

60 RIGVERVNT CORDA frigida facta sunt.

61 SPE MORTIS DECEPTA IACET παραδόξως spes in malis.

1 Litera *pr C* || contingerat *C* || 1—3 *ex Orosio VI* 15 *p.* 420 *Hau. transscripta* || in hospitio poenę iamnis honeraria *C* || 3 cibrum *C* || 4 *immo* mari || 6 dasses *C* || corcirã *C* || sunt cum auxiliis subuenientes & sinemus leuca|die eorum rector *C. transposui* || 7 *an* subsidentes, earum || 10 alnum] talem *C* || 11 sacra ·T·L·L· *sic C* || 12 les|bo *C* || 15 nocte tes salia *C* || 21 enapostrofen *C. cf. ad X* 180 || 30 prementẽ *deinde spatium VIIII litt. uacuum C* || 32 paradoxos spei ẽẽ· in *C.*

SPE MORTIS DECEPTA IACET oxymorum: quae enim esse potuit spes in morte, cum nihil sentiret?

62 LVSTRAT VACVAS POMPEIVS ARENAS adhuc sine turba dolentium et consolantium.

64 NON VLTRA GEMITVS T·I·F· licentiam sibi *non* dederunt ex uero dolore incussare Pompei fortunam, uelut moritura *sit*.

65 FRVSTRAQ· ADTOLLERE TERRA quod aut non surgeret aut non staret.

68 CEPERAT IN SVMMVM REVOCATO SANGVINE CORPVS post defectum mentis quem fecerat dolor, coeperat sanguis reuerti. sanguine enim uiuimus, qui in ea gelauerat. *ut* 'frigidus Arcadibus coit in praecordia sanguis'.

70 POSSE PATI FACIEM intueri.

71 ET INMODICOS CASTIGAT VOCE DOLORES et non paruos luctus uoce conroborat.

72 NOBILE CVR· ROBVR FORTVNAE VVLNERE PRIMO FEMINA ordo: femina, cur robur auorum nobile frangis primo uulnere fortunae?

74 HABES ADITVM MANSVRE INSECVLA FAME si non deseras maritum in aduersis.

76 VNICA MATERIA EST occasio.

77 ET TVA CVM FATIS PIETAS DECERTET uincis fata, si amori tuo nihil inminuat mutata fortuna. ET IPSVM QVOD SVM VICTVS AMA scit enim ordiri miserias et posse *se* deseri.

78 NVNC SVM TIBI GLORIA MAIOR ut dicaris marito in miseriis adfuisse.

79 A ME QVOD FASCES ET QVOD PIA TVRBA SENATVS
101 consulatus et ducatus | insignia.

80 INCIPE MAGNVM SOLA SEQVI quoniam *in* secundis fuit ei magnus comitatus.

81 INFORMIS ADHVC VIBENTE M·SVM· Pompeio. deformis.

---

651 HOC MERVI CONIVX uita*m*.

653 MORIAR NE*c* MVNERE REGIS *P*tolom*a*ei scilicet. non munere regis, sed mea sponte.

656 AVT ALIQVIS MAGNO DIGNVS COMES EXIGAT ENSE*M* P·P·P· duplex gratia est occidenti me, quoniam et mihi pr*a*esta*t* et Caesari.

---

1 *Verg. Aen.* X 489 || 3 concessit (tonc — *pr*) hic tum; *C* || euirauit· *C: em. Kiessl.* || 5 romana *C* || 7 speculatus *C* || 8 occidor; h a n c fata *C* || 11 enim his *C* || 13 felicitas (ici *ex corr.*) *C* || 17 dola *C* || Pothinus] domitius *C* || 18 morti *C* || 19 potest· S·H·A·D· *C* || 24 uitam *sic C* || 29 uita *C* || 30 moriatne *C* || tolomei *C* || 32 ense· *C* || 34 presta· &caesari *C*.

663 AT MAGNI CVM TERGA SONANT ET PECTORA F·P·D· ordo: at Magni decus permansisse fatentur qui lacerum uidere capud. AT MAGNI CVM TERGA SONENT *E·P·*F·P·D· hic pridie quam moreretur, natalem uitae *h*abuit ·LXII· annorum.

665 IRATAMQ· DEIS FACIEM ἀπὸ κοινοῦ permansisse. quod *** di, irata*m*.

668 MAIVS SCELVS INVENIT ACTV ordo: in ipso sceleris actu.

675 FARIVS SATELLES Achillas.

676 ATQ· OPERE MILES ROMANE SECVNDAE non prim*a*e, id est uicarius. aut quoniam post | Romana secunda arma 108ᵘ *A*egyptia portabat.

692 VLTIMA LAGEAE STIRPIS 'ultima' quoniam extincto *hoc* a Caesare nemo ex *gente* superfuit.

693 INCESTAE SORORI 'incestae' ideo quod sorori iunctus erat. 'cessure' autem ideo, quoniam extincto illo Cleopatra regnauit.

694 CVM TIBI SACRATO MACEDON SERVETVR INANTRO Alexandriae trans paludem eam quam Nilus efficit appellatam Διώρυγα est urbs defunctorum qu*a*e dicitur νεκρόπολις. ibi sub terris specus sunt in quibus adsiccata corpora defunctorum in zoth*e*cis habent aut in sarcophagis. inter hos specus est sedes regia in qua regum Alexandriae corpora sunt et Alexandri Magni Macedonis, quem nunc significat. hunc specum cum intrasset Augustus uicto Antonio et

---

1 aut *C* || 2 at] & *C* || fatetur *C* || 3 an magni *C* || E·P· *addidi* || 4 moriretur *C* || abuit ·LXII· *C. immo* LVIII. *sed errorem intelleges quo modo ortus sit cl. A:* ut scribit Paterculus [*II* 53, 3] de Pompeio 'duodesexagesimum annum agentis pridie natalem ipsius uitae fuit exitus' || 6 apocinu *C* || quodatalii rata *C* || 8 ipse *C* || 10 achillis; *C* || 11 romana; *C* || 12 po////st *ex* potest *corr C* || 14 lagea est inpis· *C* || 15 hoc *interposui* || NEMO exgesuperfuit; *C. fort.* ex gente Lagi *an* ex Lageis? || 17 illo· dō [*h. e.* deo] | Patrare pugnauit; *C* || 19 sactato *C* || 20 alexandriae *C. cf. Strabo XVII p.* 795 || trans fossam *rectius schol. X* 19 || efficit ·Λ·pellatam di|origa *C* || 21 NETROPOLIF *C* metropolis D^b || 22 inquibus autsiccata *C*, D^b || 23 inzoticis *C.* ζωθήκη *est modo* nische *nostrum modo* alkoven, *cf. Sirmondus ad Sidon. ep. VIII* 16 *p.* 94 *sq. et E. Q. Viscontius, monumenti Gabini della villa Pinciana p.* 171 *sqq. de re uid. C. Niebuhrius itineris Arabici t. I p.* 50 *sq. Herod. II* 86 *extr.* θησαυρίζουσι ἐν οἰκήματι θηκαίῳ || insargo fagis *C* || 24 inqua regnũ *C* || 25 significant; *C* || 26 augustus *C:* Antonius *lapsu calami* D^b. *cf. Cassius Dio LI* 16, 5 καὶ μετὰ ταῦτα τὸ μὲν τοῦ Ἀλεξάνδρου σῶμα εἶδε, καὶ αὐτοῦ καὶ προσήψατο ὥστε τι τῆς ῥινός, ὡς φασι, θραυσθῆναι *et Sue-*

Cleopatra uisendi causa corpus Alexandri, ut propius accessit ad sarcophagum, miratus tam integram formam mentum tetigit digito, cuius *h*odieque paret uestigium. nam subsedit puluis adtactu digiti, in quem resolutum erat corpus.

697 PYRAMIDES turrium sunt genera quas reges Aegypti tantae admirationis fecerunt ut inter septem miracula habeantur. in his regum ipsorum reliquiae sitae sunt. MAVSOLEA uero dicuntur monumenta quae regali lautitia extruuntur, dicta a Mausolo rege Cariae.

704 QVIBVS INMVNES TOT PRESTIT*IT* ANNOS quibus, id est cladibus, caruerat per tot annos.

707 SEMEL INPVLIT ILLVM DILATA FORTVNA M· distulerat illi fortuna per multà tempora, quae semel ei nunc reddit.

716 QVAESTOR ABICARIO CIRENEI ÁLITORE C· hic regnarat Cinyras pater Myrrae, a qua fuerat adamatus.

717 ILLE PER VMBRAS per noctem scilicet.

718 VICTVM PIETATE TIMOREM suum scilicet. timebat enim ad terram applicare, ne perimeretur.

721 LVCIS MESTA PARVM P·D·C·N· parum lucis Cynthia maesta per densas nubes praebebat.

728 OBSCVRAQVE SIDERA F· ad lunam.

109 731 EO|OS ODORES quoniam regio in qua aromata nascuntur ad orientem posita est.

736 PLEBEI FVNERIS ARCAM 'arcam' capulum, id est sandapilam.

---

tonius uit. Aug. c. 18. *plura de huius cadaueris ueneratione suppeditabit E. D. Clarkius, the tomb of Alexander (Cantabrigiae* 1805*) p.* 54 *sqq., L. Friedlaender de moribus Rom. II p.* 99, *A. de Boissieu inscr. ant. de Lyon p.* 246. 249 *cl. Orellii syll. inscr.* 6924 *t. III p.* 392 || 1 deopatra *C: em D*ᵇ || 2 sarcofagium *CD*ᵇ || 3 odieq; *C* || 4 in que *C:* in quo *D*ᵇ || 5 Pirami des *C* || 6 *cf. Vibius Sequester C. Bursiani p.* 20 || 7 in his] Inis *pr C* || mausulea *C: em D*ᵇ || 8 lauticia *C* || 10 prestit *C* || quibus incladibus cauerat *C* || 13 illum *C* || 14 quaestora uicario *C* || 15 cinira spater mirrae· *C* || 17 pietatem *C* || 18 adterra *C* || *fort.* appellere || 19 MESTA] densa *C* || C·] G· *C* || cinthi amesta *C* || 22 nascutur *C* || 24 capuliũ *CD*ᵇ. *cf. praeter Isidorum or. XX* 11, 2 *liber glossarum Bern. XVI f.* 65ᵘ: 'DEGL[ossis] Capuli· lecti ubi mortui efferuntur. ¶ PLACIDI Capuli. lecti funebres an rogi [anpogi *cod.*] in modum arcae structi [arche instructi *cod.*]. est autem capulus [capulis *cod.*] masculini generis' || 25 *cf. gloss. cod. Bern. CCCLVII f.* 23ʳ 'Sandapila· feretrum in quo defunctus fertur', *gl. Placidi A. Mai cl. auct. l. VI p.* 571 'sandapila· feretrum siue [uel *cod. Ratisbon.*] loculum in quo defuncti portantur· sic enim de Domitiano imperatore legimus [*Suet. Dom.* 17]: cuius cadauer populari sandapila per uespilliones [uespelliо-

737 SICCOS IGNES aridorum lignorum.

738 SORDIDVS VSTOR polinctor, uespillo.

750 PATERISQ· HAEC DAMPNA SEPVLCHRI credo te libenter rogo cedere.

756 EXIGVA SCROBE 'scrobe' feminini generis, licet Plautus posuerit masculino: quod et artis est, nam hic contra rationem posuit.

761 SI TIBI IACTATV PELAGI si tibi op*us* est ignobilis sepultura qu*ae* iactatu pelagi et nudo funere ex*h*ibetur, ignosce; officiis meis semo*ue* qu*a*eso magnitudinem tuam.

763 INCVRIA FATI quam per fatum pateris.

766 EXIGVAM QVANTVM POTES A·F· quantum potes a pr*a*esenti fortuna.

778 TABE FOVENS BVSTVM stillante pinguedine flamma iuuatur. et 'rogum' dicere debuit, nam 'bustum' est ubi ustum est cadauer. sed potest hoc ideo intelligi, quoniam dixit

'robora nulla premunt, nulla strue membra recumbunt:
a*dmotus* M*agnum*, n*on* s*ubditus accipit ignis*'.

779 AVRORAE PREMISSA D· quoniam pr*a*enuntia est lucis aurora.

782 QVO TE FAMA LOQVAX quo crimine.

785 COGIT PIETAS INPONERE F· corpus perurere.

---

nes *cod. Ratisb.*] reportatum atque ignominiose sepultum est' || 1 sic consignes *C* || 2 Polintor *C* Pollintor D^b. *cf. gl. codicis Bern. CCCLVII f.* 20^a 'Polinctores qui mortuorum cadauera sepeliunt', *gl. Placidi A. Mai cl. auct. t. VI p.* 569 'pollinctores enim funeratores dicuntur', *cf. ibid. VI p.* 540. *Firmicus math. VIII* 29 *p.* 240 *Bas.* 'pollinctores erunt et funerarii ac uespillones, quibus mortuorum sepulturae officia credantur' || uis pillo *C.* uespillo *siue* uespellio *in plerisque glossariis est* 'sepulchrorum uiolator' || 5 *sq. C:* hic scrobem feminino genere posuit, Plautus masculino 'scrobes sexagenos' in Amphitryone [*fr. ap. Priscianum V* 41 *p.* 168, 9 *VII* 40 *p.* 321, 2 *Hertzii et Nonium p.* 225, 6] *A* hic scrobē· feminino gñe posuit· plaut masculino· Scrobes sexagenos fodi in die *G* || 6 quodatartis ·ē· *C: em* D^b. *an scr.* quod at artis est [regulam]? *Cf. Seruius ad Verg. ge. II* 50 'nos scrobes genere dicimus masculino, licet Lucanus dixerit contra artem: exigua posuit scrobe' (*ibique scholia Bernensia p.* 890 *Hag.*) *et ad ge. II* 288, *Martianus Capella III p.* 78 *Grot. p.* 83, 12 *Eyss., gloss. in A. Mai class. auct. t. VII p.* 579 'scrobonem (*sic*) Lucanus feminino genere dixit secutus Plautum (!)' || 8 Sit· ibi *pr C* || sit· ibi *C* || opest *pr* obest *corr C* || 9 exibetur· *C* || 10 meiſſemo· queſo *C* || 11 incuria *sic C* || 12 potest A·F· *C* || 14 pinguidine *C: em* D^b || 15 iubatur *pr C* || 15 *cf. Seruius in Verg. Aen. XI* 185 *et inde quae repetita sunt in libro gloss. Bern. XVI f.* 60^r: Bustum· iam exustum uocatur, rogus uero cum ardere coeperit. Bustum dicitur postquam arserit *etqs., infra p.* 288, 1 || 16 dixit: *u.* 757 *sq.* || 17 p̃munt *C:* p̃mũt &c. D^b *ceteris omissis* || recumbunt· A·M·N·S· || 19 Aut rorę p̃missa *C* || 21 famu *C.*

786 SED IVSTA RAPIT celerius perficit iusta. 'iusta' autem dicuntur quae mortuis solito more fiunt. quae nunc interrupta a festinante ait, id est non passum esse conburi ut debuerit.

792 SEMIVSTO STIPITE titione uel carbone.

794 QVO CONDI MALVIT ILLVM hoc sepulchrum genero socer tribuere maluit, quam ipse careret imperio orbis terrarum. an sic, ut Caesar maluerit quali cumque eum rogo funerari, quam ut in mare uolutatus careret sepultura.

796 CVR OBICIS opponis.

797 SITVS EST QVA TERRA EXTREMA R· namque situs est, inquid, Pompeius non in hoc rogo quem tu ei condidisti, sed in toto orbe terrarum. nam quo usque porrigitur Romanum nomen et imperium, ea tenus finis est tumuli Pompei.

109ᵘ 808 LEPIDI MOTVS *in* Gallia | quam praesidia Lepidi tenebant.

809 ARMAQ· SERTORI REVOCATO C·V· quoniam Pompeius ad*uersus* Sertorium uice consulis missus est.

810 COMMERCIA TV*T*A GENTIB· *a* piratis qui pro*h*ibebant commercia.

811 ET PAVIDO*S* CILICAS MARIS 'pauidos' eo quod timori esse*n*t nauigantibus. aut quoniam deducti in colonias in tantam desuetudinem nauigandi redacti sunt ut mare metuerent. aut quoniam iussi fuerant ne ad mare accederent.

817 NON ORDINE TANTO FASTORVM per fastos honores intellegamus quos gessit, id est magistratus.

824 AVT EQVIDEM INMERITO CVMANE CARMINA V· quoniam cum Publius Lentulus sortitus *A*egyptum prouinciam proficisci uellet, Tiberis effusus in tantum inundauit ut transgressum prohiberet. unde inspectis Sibyllinis inuentum est piaculum, ne in *A*egyptum exercitus transisset. Interpretati sunt quidam bella Actiac*a* esse, quidam quod sub

---

2 solita *C* || 3 passus *CD*ᵇ || 6 Quod *C* || 7 carer& *C. nolui* carere *scribere* || 8 sic] sit· *C* || 9 quam in *pr C*, ut *sscr. eadem manu* || uoluptatũ· *C* || 11 que terra *C* || 14 pompeius· *C* || 15 in *inserui* || lapidi *pr C* 17 sæ̃tori *C* || 18 adsertoriũ *C* || 19 cõmerciatu· agentib; piratis *C* pro ibebant cõmertia *C* || 21 timoris eẽt· (*corr. ex* eee·) *C* || 22 aut] autem *C* || 23 utmarẽ *pr C* || 25 oneres *pr* honeres *corr C* || 29 *aliud prodigium memorat Cassius Dio XXXVIIII* 15, 1 || inundavit: *ex* inundubit *corr C* || 30 prohiberetur· Unde *C* || sibillinis *C* || 31 Interp̃tati *C* || 32 bella accia cesse *C.*

Aulo Gabinio passi sumus, hic autem occiso Pompeio esse significat.

831 NOS IN TEMPLA TVAM *R·* ACCEPIMVS ISIM quoniam Io in Isim mutata nomen accepit.

832 SEMIDEOS [deos] ἡμιθέους.

833 ET QVEM TV PLANGENS HOMINEM TESTARIS OSIRIM in Copton ducens exercitum Serapis ipsi ciuitati nomen dedit a luctibus, quos Graeci κοπετοὺς uocant. ibi enim, si fabulis fides est, Isis occ*i*si fratris eiusdem*que* uiri Osiridis certior facta fleuisse multum diuque dicitur solitudinem regni suam, ibique etiam dissectos crines indicium luctus sui *in* templo posuisse in uasis aureis.

835 SEVO TIRANNO Gaio Iulio Caesari.

840 QVI BVSTA TIMEBIT quis dubitet libenter hoc facere?

842 *IN*PERET HOC NOBIS VTINAM SCELVS hoc quod alii scelus putant.

846 FORSITAN AVT SVLCO STERILI forsitan consilio iussuque deum transibis in urbem Magne tuam, *cum* arcess*e*nt *te* aut fame coacti ob sterilitatem frugum aut pestilentia aut incendiis aut terr*a*e motu.

850 SVMMVS pontifex maximus.

851 NAM QVIS ADEXSVSTAM CANCRO TORRENTE SIENEM ordo: nam quis ad haec loca quae memoraui | perget et non ad tumulum ante dirigat gressum et manes tuos inferiis placet?

852 ET IMBRIFERAS SICCA SVBPLIADE THEBAS *Th*eb*a*e ultimae part*i*s sunt terr*a*e habitabilis, posit*a*e sub solistitiale circulo quem figurat cancer. in eius*dem* deltoto est *A*egypti insula Sy*e*ne, a qua usque ar*e*n*a*e per plagam Africae ad

---

1 gallinnio *C i. e.* GAVINNIO || 3 *schol. sic fere instaurandum:* quoniam Io in bouem mutata [in Aegypto cum humanam formam recepisset], Isim nomen accepit || 5 deos emiteos *C* || 6 ominem *corr C* || teſſariſ *C* || 7 Incoptiducenſ· *C*, *D*ᵇ || exercituſ· *C* || 8 greci quoeptis uocant· *C*, *D*ᵇ || 9 estis isoceifratris *C*, *D*ᵇ || eiusdē uirio | siridis *C*, *D*ᵇ || 10 pleuisse *CD*ᵇ || sollicitudinem *CD*ᵇ || 11 disiæctos *C* disiectos *D*ᵇ || suitē plo *C*, *D*ᵇ || 14 quib; que timebit *C* || 15 petet *C* || 18 dm̄ *C* || tuã ancerte aut *C. sed potest uerbum uenerandi latere* || 20 motus *C* || summus *sic C* || 23 memorinui *pr C*, *sed corrector qui litteras cuanidas refecit*, a *supra* in *posuit* || 26 suplia de *pr C* || Tebe *ex* Debe *corr C* || 27 ultimæ terre sunt· farii *C*, *D*ᵇ. ultimae fere sunt sphaerae *conieceram* || solisticiale *C* || 28 quam *C* || ineius deitoto *C* in eius deltoto *D*ᵇ || 29 insula· sineaqua *C*, *D*ᵇ || usq; ad· pplagam *C* vsq. per

Iouis Ammonis oraculum porrect*ae*. ⁋ [et] T*h*eb*ae* memorabiles ** quarum etiam Homerus meminit. sunt autem in diuersis gentibus quattuor T*h*eb*ae*, una*e* in Boeotia, unae in Cilicia — et ipsas Homerus memorat —, tertiae in T*h*essalia, quart*ae* de quibus nunc Lucanus memorat in *Ae*gypto, qu*ae* imbres ignorant. ET IMBRIFERAS SICCA SVBPLIADE TEBAS quoniam qui colunt T*h*ebas, imbres ignorant.

855 QVEM NON TVMVLI VENERABILE SAXVM saxum tegens Pompei cineres [quod Libyco *mari* adluitur].

861 AVGVSTIVS ARIS VICTORIS ab aris C*a*esaris augustius saxum. 'saxum' autem, quod Libyco mari adluatur tegens cineres Pompei, sanctius esse ait.

863 TARPEIS QVI SEPE DEIS SVA TVRA N· dicit nil fam*ae*, nil meritis fulgorem addere fabricarum, tantumque inminui maiestatis quantum accesserit pomp*ae*. quod iam ex superioribus ita esse debemus adtendere. ait enim supra 'templis auroque sepultus uilior umbra fores, nunc es pro numine'. saxo tuo uenerationem debemus, quam non debemus aris C*a*esaris. eo usque quidam *h*orrent aurum in templis et ambitum, ut Iouis in Capitolio quasi auro uiolatus sit non colatur, cum in Tuscia eius fulmen colatur quasi apud pauperes. TARPEIS QVI SEPE DEIS SVA TVRA N· qui, inquid, dis in Capitolio constitutis non dant tura, colent quandoque mausoleum C*a*esaris supra Tiberim constitutum, quod dicit 'tusquo cespite' eo
110ᵃ quod Tiberis de Tuscia | ueniat. Alii hoc Pompeio euenire
26 posse intellegunt, ut repor*t*atis eius ossibus habeat supra Tiberim mausoleum, quod plus colatur a diis Capitolinis. TARPEIS QVI SEPE DEIS SVA TVRA N· euenire, inquid, nunc potest,

---

plagam D^b. *fortasse uiolentius turbatum est* || 1 &tebe *C. cf. ad p.* 166, 7 || memorabilis quarum *C. intercidit* sunt centum portis *uel* propter centum portas || 2 homerus me | meminit. *C. Hom. Iliad. VIIII* 381 *sq. cf. Od. IIII* 126 || 3 tębe *C* || una, imboetiã *C* una in Boeotia D^b || 4 inciliciam *C* || *Hom. Il. VI* 415 *πόλιν Κιλίκων — Θήβην ὑψίπυλον* || tesalia *C* || 6 siccas apliade *C* || 8 saxu· *C* || 9 libico adluit· *C. cf. sequens scholion* || 10 Agustius *pr C* || Abaris· *C. cf. ad p.* 167, 13 || 11 libico *C* || *post* tegens *duarum litt. litura est in C* || 12 sanc cius *C* || 13 qui (q *ex* p *corr.*) *C* || 14 fabricarũ *C. cf. p.* 288, 3 || inminuit· maiestati *C* || 16 supra *u.* 859 || 17 filiorũ bra *pr C* || 18 cesarisquousq; *C* || 20 iouis *C cf. ad p.* 35, 17 || 21 intustia *C* || 23 nondantur | acolent *pr C* || 24 dicitus· quo *pr* dicit tusquo *corr C* || 25 pompei deuenire *C* || 26 utrepor|tis *C* || 27 adiis *C: cf. ad p.* 167, 13 || 28 EuenIre *ex* Euentre *corr C* || nunc]

ut qui diis Capitoli tura non incenderint, idem fulmen ritu Tuscorum conditum adorent.

872 TAM MENDAX MAGNI TVMVLO· QVAM CRETA TONANTI mentiuntur Crete*nses* sicut de aliis conpluribus, ita de Ioue, eum apud se et defunctum esse et sepultum, adque in fidem mendacii ostendunt tumulum et lapidem sub hac inscriptione ZAN· KPONOY [id est Iuppiter Saturni].

---

non *C* || 1 quiddiis capitolitura *C* || 3 tamendax *C* || oreta *C* || 4 merciuntur cretae· | sicut *sic C cum spatio uacuo. an* Cretae incolae *scribendum*? || 6 mendatii *C* || 7 TAN·ĶPONO | ·ẏ id ·ẽ· iuppiter saturni ·xxx· *sic C. sed* xxx *coronidis uice additum olim fuerat.*

MARCI · ANNEI · LUCANI · CŌMENTORUM · LIBER | VIII · EXPL̃ · INCIPIT LIBER ·VIIII· *in inferiore paginae parte C.*

111 [Rogus est constructio lignorum. pyra incenso igne dicitur. bustum conbusto corpore dicitur. tumulus sepultis ossibus. sepulchrum supra tumulum fabrica. monumentum incisio nominis.

5 ** pars caeli sub signo Veneris. Saturni clima Italia est. Martis clima regio Gotica est. clima Mercurii Africa est. Iouis clima Hispania est ideoque uberta est.]

1—7 *commenta, quae apparet in archetypi ea pagina quae libri VIII finem continebat explendo uacuo spatio scripta fuisse, inclusi. in codice Lipsiensi bibliothecae senatoriae I n. 76 saec. XIII (L nobis, LB Webero), qui non nulla commentorum scholia (VIIII 998. X 161. 165. 180. 187. 199. 209. 213. 312. 323. 371) seruauit, u. 1—4 ad VIIII 3 ascribuntur* || 1 *cf. Isidorus or. XX 10, 9 differ. n. 216 t. VII p. 440 Areuali cf. t. V p. 66. 57 Seruius in Aen. III 22, scholion codicis eximii Bernensis n. CCCLXXXXIIII ad Prudentii peristeph. X 576* 'rogus dicitur congeries lignorum, quae cum incensa fuerit, pyra uocatur', *supra p. 283, 15* || piramis constructo | i[gne] *cum ras. C* pyramîs constructo igne D^b || 2 conbito cerpere *C* combustum corpus D^b || 3 ōssibisupolchrum *C* || frabrica *C* || 5 pars *C. hiatum notaui, intercidit fort.* orientalis. *eiusdem rationis supra quoque p. 238, 3 manifesta extant uestigia. similiterque Bardesanis qui fertur de legibus terrarum liber (ap. Eusebium praep. eu. VI 10, 36 p. 278c, ap. A. Merxium De Bardesane Edesseno p. 51) Chaldaeorum hanc esse disciplinam tradit, ut in septem climata terram [habitabilem] diuidant, in quibus singulis singuli dominentur planetae. at Manilius IIII 696—817 terram habitabilem in XII partes discriptam inter XII signa zodiaci distribuit, Ptolemaeus operis quadripertiti l. II 3 gentium habitus moresque ex uaria regionum ad solem circulumque zodiacalem positione repetit, Firmici rationes (cf. I 1 p. 3 Basil. I 4 p. 13 sq.) perinde atque eius qui Bardesanis nomen mentitur omnem hanc partitionem excludunt. itaque cum nec in planetarum motibus nec in terrarum situ quicquam sit certae rationis conspicuum, ex significationibus planetarum necessarium est mores gentium h. l. explicari, ut populi ad uenereas uoluptates proni sub Venere, bellaces sub Marte, mercaturam factitantes subdolique sub Mercurio, regio et temperata et fertilis sub Ioue ponantur, Italia denique antiquissimo suo regi Saturno reddatur* || 5 *et* 6 dīma *C* || 6 gotica *C. haec neque post annum CCCCLXXXVIIII Chr. neque usquam nisi Constantinopoli aut in alia orientalis imperii urbe uidentur scribi potuisse* || Climina *C* || 7 iouis climma *C* || ubertaē· *C.*

LIBER NONVS · Bern 9 –

In principio huius libri apotheosis Pompeiana describitur.

1 AD NON INFARIA MANES IACVERE FAVILLA alii existimant animas statim elisas corpore solui ac dissipari in principia sua, inter quos Epicurus. alii solidas quidem, postquam exierint de corpore, permanere, *sed* deinde tractu temporis dissipari: haec opinio Stoicorum. alii integras decedere, sicuti uenerint in corpora, et semper manere. haec auctoritas in duas opiniones scinditur. alii enim dicunt liberatas a uinculo corporis in caelum reuerti, inter quos sunt Peripatetici et cum Platone suo Academici. alii ire per corpora multorum animalium, quadringentesimo sexsagesimo et altero anno rursus in corpora reuerti humana: huius opinionis conditor Pythagoras.

2 CONPESCVIT pro: continuit.

4 DEGENEREMQ· ROGVM pro indigno meritis suis.

5 QVA NIGER ASTRIFERIS CONECTITVR AXIB· A· lunaris circulus qui est inferior omnibus circulis. QVA NIGER ASTRIFERIS CONECTITVR ACSIB· AETHER inter summum aeris nigri et imum aetheris. QVA NIGER ASTRIFERIS CONECTITVR AXIB· AETHER inferior est ceteris circulis luna et propior est terrae.

---

2 *ante* In *interstitium VI fere litterarum intermittit C* || hius *C* || apoteus is *C* || 3 *sqq. de ratione huius partitionis (maxime u. 8 sqq.) cf. Varro ap. Augustinum de ciu. dei XVIIII* 1—3 *et satur. fr. p.* 191, 3 *Riesei* || 3—5 *cf. infra p.* 304, 9 || 4 anima statim elis acorpore *C* || elisas a corpore D^b || 5—7 *cf. Arius Did. Eusebii praep. eu. XV* 20, 6 *p.* 822^b || 6 permanere deinde *CD*^{b} || 7 integrasuecedere *C* integras recedere D^b || 8 uenerẽ *C* uenerunt D^b || 10 liberata *C: em* D^b. *fort. delenda praepositio* a || 12 quadrigentesimo *CD*^{b}. *fort. add.* et || *genethliaci Varronis ap. Augustinum de c. d. XXII* 28 *p.* 544, 25 *Domb. palingenesiae orbem quattuor saeculis (quater CX annis) circumscribebant, ut uidit Mommsenus chronol. Rom. p.* 184: *hi septiens sexagenos senos annos conputabant* || 13 rursos *pr C* || 14 pitagoras *ex* pitagonas *corr C* || 17 A·] AE· (*sed ut altera litt.* T *potius uideatur esse*) *C* || 19 aeris $\cdot\overset{1}{\text{N}}\cdot$& *C* || 21 ꝑprior *C.*

QVA NIGER ASTRIFERIS CONECTITVR AXIB· AER aer non magis ullam proprietatem habet coloris, quam ignis *et* quam aqua. nam quemadmodum aliter in tenebris ignis lucet, [et] aliter interdiu [aliter inter sole*m*] — nam totiens mutatur, quotiens diuersitates temporum accipit — et nullam permanente*m* coloris specie*m* retinet, et quem ad modum aqua sem-
111ᵘ per ex coniuncta sibi materia | quod aspicit capit — nam argento infuderis, argento similis erit: auro infuderis, aureum colorem reddet —: sic aer alius nocte, alius interdiu est; quod ei non accideret, si proprium haberet aspectum. nam si esset niger, sicuti alii colores interdiu esset niger. quid ergo est? potes*t* uel secundum consuetudinem 'nigrum' dixisse, quoniam remoto sole in umbra id est niger relinquitur, uel etiam ex conparatione eius aeris qui semper inflam*m*atur adque igneus est. quem uocamus aethera, ultīmum mundi supraque aera positum, semper luce*ntem*, quod huic *a*eri non accidit.

6 QVOQ· PATET TERRAS INTER LVNAEQ· MEATVS mixtum dogma cum Platonico Stoicum. qui uirorum fortium animas ex*is*timant in modum siderum uagari in aere et esse sic inmortales, ut non moriantur sed resoluantur, secundum Platonem *ne* resoluantur quidem. quas 'semideos manes' dixit, quoniam *Gr*aece ἥρωες 'ἡμίθεοι' uocantur id est semidei.

7 SEMIDEI MANES quos ἡμιθέους dicunt. QVOS IGNEA VIRTVS INNOCVOS VITA anim*a*e uirtutem significat, non corporis: quoniam Stoici animam ignem dicunt, *ut* Virgilius

'igneus est ollis uigor et caelestīs origo
seminibus'.

1—17 *quaestionis et solutionis exemplum* || non] mon *C: corr D* || 2 ppietatē *C* || et *interposui* || 4 inſolenā *C. seclusi interpolationem* || 5 nullā permanente coloris specie *C* || 6 aquā semp· & coniuncta *C* || 7 qđ aspicit *C: h. e. materiae colorem quem aspicit* || rapit *C. an scr.* trahit? || 8 aurū fundoris aurē (v *interposuit corr.*) colorem retdit *C* || 9 sic] sac *pr C* || 10 proprium haſaber&pecc̣ātū *C* || 11 *fort.* interdiu [quoqne colore seruato] esset || 12 poteſuel *C* || 14 ęris *C* || 16 supra quē aera *C* || luc& qđ uhic eri *C* || 19 docma *C* || 20 estime*t corr C, D*ᵇ estiment *pr C* || 21 [secundum platonem resoluan]tur *in rasura C prima manu* || 22 quidē qm̄ semi|duos *C* || 23 qm̄ iece ero eſemitei *C* || 24 quoſemiteoſ *C* || igne *C: corr D* || 25 uta *C* || 26 ignem] igne|nē *C* || dicuntur gilus igneusescolbis *pr* dicuntuirgilivs igneus es*olbis *corr C* || *Verg. Aen. VI* 730 || 27 caelestiorigus enimib; *C.*

9 ET ETERNOS ANIMAM COLLEGIT INORBES Pyt*h*agoras dixit animas in stellas conuerti uirorum fortium.

ET AETERNOS ANIMA*M* COLLEGIT INORBES animas philosophi tradunt diuino igne constare. qu*a*e cum sortit*a*e fuerint secundum suum meritum corpus atque eo pollut*a*e contagionem labemque pertulerint, quo etiam dissolut*a*e non carent, ut et Virgilius ait

'non tamen omne malum miseris nec funditus omnes
corporeae excedunt pestes, penitusque necesse est
m*ulta* d*iu* c*oncreta* m*odis* i*nolescere* m*iris*.
ergo exercentur p*o*enis ueterumque malorum
su*b*plicia expendunt':

ali*a*e uentis, aliae igne, ali*a*e aqua purgantur. ho*c* est ali*a*e uentis per *a*erem traducuntur, ut purgat*a*e aeris tractu in naturam suam reuerti possint. sic Virgilius

'scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri
omnia, nec morti esse locum, sed uiua uolare
sideris in numerum adque alto succedere | caelo'. 112

propter quod et hic 'patientis aetheris imi fecit', hoc est in hunc aerem imum uenire et corpus regere ac deinde in suam sedem remeare hoc est in solis globum ac lun*a*e. aut quoniam Pyt*h*agoras dixit huius modi animas in stellas conuerti: quo modo accipimus 'aeternos orbes'.

11 ILLIC POSTQVAM SE LVMINE VERO apud semideos. LVMINE VERO aut nimbo aut diuino.

12 STELLASQ· VAGAS MIRATVS planetas. ET ASTRA FIXA POLIS septem triones.

13 QVANTA SVB NOCTE IACERET NOSTRA DIES qu*a*e noctu non lucet.

---

1 inobes pitagoras *C* || 3 aeternos anima *C* || Animã *C* || 4 q; cũ *C* || 7 *fort.* careant || *Verg. Aen. VI* 736—740 || 9 penes pẽtq; necesse ⁘·m·ð·c | м·ꝛ·m· ergo *C litteris singularibus rubro pictis* || 11 exercertur *C* || 12 suplicia expendent *C* || 13 ho⁘alte *C* || 14 perẽ *C* tractã *C* || 15 *Verg. ge. IIII* 225—228 || 18 caelo qđ *C.* propter *inserui*, 19 hic: *Lucanus u.* 8 || patentis *pr C* || ęteris *C h. e.* ęt̃eris *cf. ad p.* 158, 17. 168, 13. 251, 10 || 21 qm̃ pie agoras *C: em. D* || 22 huiusmoni *pr C* : 24 sol cumineuuero· *C* || 25 nimbo: *cf. Seruius Fuldensis* (*append. p.* 53 *ad p.* 252 *ed. P. Danielis MDC*) *ad Aen. II* 616 NIMBO EFFVLGENS nube diuina· est enim fuluidum [fulgidum *dudum correxerunt*] lumen quo deorum capita cinguntur· sic etiam pingi solet, *Isidorus or. XVIIII* 31, 2 26 mirat̃us *C* || 28 q; noctu *C.*

14 RISITQ· SVI LVDIBRIA TRVNCI id est corporis, ut sit sensus: sui corporis trunci.

17 INSANCTO PECTORE BRVTI a quo postea est Caesar occisus.

19 ILLE VBI PENDEBANT CASVS Cato scilicet.

28 NIL CAVSA FECIT IN ARMIS ILLE SVA non magis iam sua quam libertatis causa disceptat.

30 QVAS NE PERLITORA FVSAS COLLIGERET ***

35 QVIS PELAGVS VICTAS ARTASSE CARINAS ἀπὸ κοινοῦ *crederet*. et ἀμφίβολον, utrum quod mare artauerit naues, an intellegi uelit angustum mare multitudine nauium fuisse.

36 DORIDA TVNC MALEAN ET APERTAM TENARON VMBRIS Lacones Dores uocantur, *id* est incolae Laconicae, cuius Maleos promunturium est. de quo Virgilius 'Maleaeque sequacibus undis'. 'apertam' autem 'Taenaron umbris', quoniam sub eo promunturio specus est per quem creditur ad inferos esse descensus. spectat contra Cytheram et Cyprum.

38 DICTEA LEGIT CEDENTIB· VNDIS *id* est scindentibus se nauigio.

45 CVM PROCVL EXALTO TENDENTES VELA CARINE quae Corneliam portabant et Sextum Pompeium.

46 ANCIPITES TENVERE ANIMOS eorum qui naues uidebant. cum enim uenisset Cato in Libyam, apparuerunt Corneliae naues.

47 PRAECEPS FACIT OMNE TIMENDVM VICTOR ordo: praeceps uictor.

51 NAM POSTQVAM FRVSTRA PRECIB· CORNELIA NAVTAS 'frustra', quoniam non euenit ut corpus ad eos aestu referretur.

57 LACEROS EXVRERE CRINES zeugma: indigna fui.

---

2 truncti *C* || 3 sacto *C* || bruci *C* || ~ ceras *C* || 7 libertates *pr C* || *an scr.* decertat? || 8 colliger&· quis *C. hiatum notaui* || 9 apocy[nu]& anifibolon *C cum litura. suppleui* || 10 artauerint *C* || naves *ex* nabes *corr C pr. m.* || 11 ult argustũ *C* || 13 Lagones doris uocant & insule cibo|ea cuius *C* || 14 maleos *C cf. ad p.* 192, 26, *et ad hunc locum schol. AV* || promonturiũ *C* || *Verg. Aen. V* 193 || subreopromonturio *C* || 17 cyterã*C. nolui corrigere* || cy|prũ *C. immo* Cretam || 18 undis & scindentib; *C* || 22 quinaues *C* || 23 inlibia *C* || 27 potquam (qu *ex corr.*) *pr C sed eadem manu* f *supra positum* || precib·] p̃ cipi|b; *C* || 30 crisnes *C* || ſui *C*.

58 MENBRAQ· DISPERSI PELAGO CONPONERE MAGNI indigna fui.

60 OSSIB· ET TEPIDA VESTES IMPLERE FAVILLA hoc est in sinu meo. [et] ἀπὸ κοινοῦ [zeugma]: indigna | fui. 112ᵘ

64 OBTVLIT OFFICIVM GRAVE MANIB· O·B·N· nescit a Cordo sepultum.

69 QVID PORRO TVMVLIS OPVS EST ἐπιδιόρθωcιc.

75 OSTENDIT MIHI MAGNE TVI ordo: ostendit mihi aliquit tui.

76 POMPEIVMQVE FERENS VANESCIT SOLIS AD ORTVS quasi eo portaretur ad *c*aelum.

81 TERREQ· IACENTI NON HERERE QVAEROR· CRIMEN COMMENDAT HARENAS quo rogum mariti conspiciam.

88 EXCIPITE Ó GNATI BELLVM CIV*I*LE κατὰ τὸ cιωπώμενον.

91 INPELLITE FAMA NOMINIS id est nostri.

93 INVENIENT CLASSES QVISQVIS POMPEIVS siue tu siue frater.

97 *sI* FACIET PARTES PRO LIBERTATE CATONI si uolet adhuc contra C*a*esarem facere.

99 INSIDIE VALVERE TVE DECEPTAQ· VIXI propterea quod iam prior obisti.

101 IAM NVNC TE PERINANE CAOS 'c*h*aos' et 'Tartara' inferos singnificat: quos an sint dubitanter posuit. neque inmerito. nam *h*as sedes poet*a*e magis finxerunt quam ueritas tradit, allegoriam secuti signifitantes sub terris esse [hoc est sub nostris corporibus quae sunt terrena] umbras [animas], quia anim*a*e infus*a*e sint corporibus: unde fieri, quidam ut aput inferos luant subplicia, quae non defunctorum sed uiuentium sunt. nullam autem sedem nacuam esse sub terris illa docent ratione philosophi: terra talis est undique qualis uide-

---

1 conponnere· *C* || mafni *pr C* || 2 *sq.* fui iossib; & cepida *C* || 4 &apotinuzeuma *C. artis uocabulum paullo recentius inclusi cf. p.* 311, 28, *de* et *satis dictum* || fui *C* || 5 B·] H· *C* || 6 *cf. supra VIII* 715 *sqq.* || 7 tumulus *C* || epidiortosit *C* || 12 erere *superposito* h *C* || crimen cons|cendat *C* || 13 hereuans *sic C* || 14 ógnati *sic cum apice C* || ciule *C* || pcuatatosiopumenon *C. cf. ad p.* 322, 1 || 15 inpellite·; *C* || 18 FAci& patres *litteris* FA *rubro pictis*, si *omisso C* || 20 tuxi *C* || 21 obsti *pr C* || 22 prnane *C* || caos *C* || 24 nam assedes *C* || 26 terrenă umbras animasq· Amme *C* || 27 ut caput *C* || 29 illaducent *C* || 30 filosophi *una litt. erasa C.*

tur. uidetur autem solida et partim occano alligata. quod si talis est, nullos habet intra se inferos terra.

102 QVAM LONGO TRADITA LOETO quam longa morte moritura sim nescio. exigam animae uiuacis [poenis] ex ipsa anima poenas. [et] ostendit quo modo uiuax sit anima, ut supersit marito.

103 ANIME VIVACIS ABIPSA anima.

104 ANTE FERAM antequam moriar.

105 PLANCTV CONFVSA PERIBIT ergo hoc mihi expectandum est, ut luctu consequar mortem quam ferro aut laqueo **.

108 TVRPE MORI POS TE SOLO NON POSSE D· turpe est non posse pos te solo dolore mori; item turpe ueloci genere mortis occumbere.

111 ARTE COMPLEXA DOLOREM pro ualde.

123 STAT SVMMA CAPVTQ· O· Pompeius.

129 DIGNOVE PERIT AVTORE RVINAE non digno.

113 131 HÓSPITIIS FRETVS SVPERIS ET | MVNERE TANTO INPROAVOS CECIDIT DONATI VICTIMA REGNI superis hospitalibus fretus. et 'tanto munere' quod *P*tolomaeo regnum tuitionemque praestiterat uel proauis eius.

140 SCELERISQ· FIDEM SERVASSE TYRANNVM quod caput seruatum est Caesari.

144 SVPERIS HEC CRIMINA DONO non inputo.

149 CLASSIS IN ADVERSOS ERVMPAT REMIGE VENTOS contra uentos aduersos enauigemus.

152 MAGNVM SATIARE TYRANNI deest: dispono.

153 NON EGO PELLEAS ARCES nonne. NON id est: nonne hoc et hoc faciam?

155 NON MIHI PIRAMIDVM TVMVLIS EVVLSVS AMASIS rex Aegyptiorum, cuius accepit filiam Cyrus unde Cambyses na-

---

3 longa *C* || loeto] lecto· *C* || 4 morita *C* || uiuiacipenisexipsannima poenas *C* || 9 confusa *C. scr.* contusa || 10 laq· oṫpe *C. hiatum notaui fort. explendum* [turpe est expetere] *cl. u.* 12 || 11 ñ· poss&· turpe *C* || 13 ocũbere *C* || 14 ante *pr C* || cõplesa *C* || 15 sũmã *C* || 16 dig|notio perit autor eruinte *C* || 17 hóspiſ·, *sic cum apice C* || superiss&· *C* || 19 tholomeo *C* || 21 seruasset *C.* quaesisse *uolgo* || 22 caesaris *C* || 27 ·ñ·neñ id ⁊ ne non hoc & hoc *C. interrogationis notam etiam cod. G Lucani u.* 154 *et* 156 *ponit* || 29 tumulus euursus *C* || 30 cuius] q̇ *C. correxi, etsi infra ad X* 280 *cum eodem iam non uitio sed errore idem scholion iteratur* || ciriundecãbises *C. sequitur commentator Aegyptiorum narrationem cf. Herod. III* 2.

tus est. cuius cadauer pyramidum sepulcris detractum dicitur ob facinora eius proiectum et uirgis caesum.

156 ADQVE ALII REGES NILO TORRENTE NATABVNT ergo non reges euulsi de adytis suis natabunt?

160 ET SACER INMAGNI CINERES MACTABITVR APIS Osiris Aegyptiorum deus tam hercule quam Anubis et Apis. sed Apis sub specie sacri bouis aput eos colitur, unde ait 'et sacer in Magni cineres mactabitur Apis, subpositumque deis uram caput'.

159 * * linea enim habuerunt simulacra.

179 ILLE FVIT MISERE MAGNI CINIS 'cinis' rogus.

183 ET RENOVARE PARANS HIBERNAS APVLVS H· *Virgilius:* 'saepe etiam steriles incendere profuit agros'.

184 SIMVL ET GARGANVS ordo: simul lucent. ET ARVA VVLTVRIS montis.

185 ET CALIDI LVCENT BVCETA MATINI *bucetum dictum ab eo* quod est bos [est].

187 OMNE QVOD INSVPEROS AVGET CONVICIA VVLGVS ordo: quod audet omne uulgus.

190 CIVIS OBIT INQVID MVLTVM MAIORIB· INPAR tantum cedit prioribus quantum praecellit hoc tempore.

192 SALVA LIBERTATE POTENS 'potens' scit ὁμώνυμον esse. dicimus enim potentem in iuuando, dicimus potentem in laedendo. unde hic exequitur, in qua re fuerit potens Pompeius.

193 ET SOLVS PLEBE PARATA PRIVATVS SERVIRE SIBI *ordo:* solus priuatus parata sibi plebe seruire.

197 SED PLVRA RETENTIS INTVLIT aerario scilicet.

206 NVNC ET FICTA PERIT fides et libertas.

209 ET CVI QVERENDOS FARIVM SCELVS OBTVLIT ENSES

---

1 piramidũ *C* || 2 ei' & uirgicesũ· proiectũ *C. ordinem restitui. cf. Herod. III* 16 || 4 aditis *C* || 6 tã ęrcule *C* h *supra* ę *addita. ἀπορία tractatur ex epitheto* sacer *petita* || 8 inmariimeres *C* || sub positũq; *sic C* || 10 *hiatum notaui* || simulacrã *C* || 11 ruit· Miserere *C* || cinis· Ianis rogus *C* || 12 parens *C* || H·] L· *C. Verg. ge. I* 84 || 13 soepe *C* || 14 sumul& *C* || 16 bueta matiniqđ · ẽ uos ⁓·, *C. hiatum expleui* || 18 au get *C egregie, quamquam* audet *scholion huic cum A commune* || 20 cuius *C* || 22 scitomnesones seddicim̓· enĩ *C.* scit *sc. Lucanus, nec scr.* scito || 25 Pompegius (P *rubro*) *C* || 26 Priuatas *pr C* || 27 ordo *suppleui cl. A* 28 aerario] aethereos *C.*

felix est. oblata est, quam ipse sibi debebat quaerere mortem, manu Pharia.

113ᵘ 211 SCIRE MORI SORS PRIMA VIRIS SED PROXIMA | COGI unum a uoluntate, alterum a necessitate.

213 NON DEPRECOR OSTI SERVARI DVM ME SERVET CERVICE RECISA ἀμφίβολον est quod intellegi *** uictori me seruet decollatum.

215 VOCIB· HIS MAIOR QVAM SI ROMANA S· ROSTRA DVCIS quam si pro rostris, ut solet in funere clarorum uirorum fieri, laudaretur.

216 GENEROSAM VENIT ADVMBRAM MORTIS HONOR ordo: his uocibus maior honos ad umbram peruenit, quam si Romana rostra sonarent eius *laudes*.

219 LINQVENDI SIGNA CATONIS sustulit signa, ut Cato relinqueretur.

221 LITVS INEXTREMVM TALI C·V·N· ****

224 [IAM PELAGO] TVNC RESPICIT OMNES Cato scilicet.

228 PARTESQ· FAVORE FECIMVS ideo, inquid, in partes iuimus, quoniam Pompeio fauebamus.

229 QVEM PACI PRAETVLIT ORBIS paci praetulit, dum maluit bellum.

230 CAVSAQVAE NOSTRA PERIT ob quam arma sumsimus.

233 PERIERVNT TEMPORA VITAE si de uita securi non sumus uel de morte.

235 BELLVM CIVILE SEPVLCRA VIX DVCIB· PRAESTARE POTEST hoc propter Pompeium.

236 NON BARBARA VICTOS REGNA M· nos scilicet.

240 SACRIS PRESTABITVR VMBRIS Pompei scilicet.

241 DOMINVM QVEM CLADES COGET H· Caesarem non elegisset: necessitate suscepit.

243 POST TE FATA SEQVOR quem fata uoluerint.

---

1 debebat·| Jnerere (I *rubro*) mortem man'· faria *C* || 3 uiris] uteris *C* || 5 depcor ostis *C* || 6 amfibolon *C* || intellegir uictori *C. hiatum notaui* || 8 Uocatib; *pr C* || quasi *C* || 9 uiror mfieri *pr C* || 10 laudaremur· *C* || 12 maioronos *pr C*, h *adiecit corr.* || 13 rostrā sonar& *pr C* || laudes *adieci* || 16 *hiatum notaui* || 17 Iam inpelago tuo *C* || 18 fouore *C* || 19 iuimus] fuim̄· *C* || pompeioſauebam̄ *corr. ex* pompeioſabeam̄ *C* || 25 uixduab; *C* || 26 põpegiũ *C* || 27 m·////nos *C* || 31 seq;or *C*.

246 CLAVSA FIDES MISERIS ET TOTO SOLVS IN ORBE EST Q·V·A·P·V·P·S· nulli, inquid, misero nos credimus.

247 QVI VELIT a natura. AC POSSIT a felicitate.

256 ERGO PARI VOTO GESSISTI BELLA IVVENTVS hoc est, eo uoto ergo pugnasti, quo uicit Caesar: non libertatem Romanam intueris, set ut *pro* Pompeio dominum conpares.

258 QVOD NON INREGNA LABORAS Q·T·N·D· pro quando quidem.

259 QVOD ORBEM ADQVIRIS .V· sed tibi.

262 ET NESCIS SINE REGE PATI uteris consuetudine.

265 VNVM FORTVNA RELINQVID deest: t*ibi*.

268 TOLOMEI MVNVS ET ARMA SPERNITE 'munus' quod uobis unum abstulit dominum.

276 QVAM VITAM VENIAMQ· LIBET set et praemium.

278 TOLOMEI VINCITE MVNVS ille Sex*t*um Pompeium dimisit, uos necate.

282 ET MAGNA MERITVM CVM CEDE PARATE 'meritum' apud C*a*esarem scilicet.

287 NEC IAM DEGVSTAT AMARVM DESIDIOS*A* TIMVM *thymum* hominibus amarum, non apibus. *Virgilius* 'salices carpetis amaras'.

288 FRIGII SONVS INCREPAT AERIS ut * * *

293 INCVLCATA VIRIS insinuata. IVSTI PACIENTIA MARTIS iustum enim fuit pro re publica dimicare. |

297 PROXIMVS INMVROS ET MOENIA CIRENARVM EST LABOR placuit Cyrenas pergere. 114

299 POENAQ· DE VICTIS SOLA EST VICISSE CATONEM poena de uictis Catoni sola est uicisse.

302 HAS AVDAX SPERAT SIBI CEDERE VIRTVS si 'hanc', naturam; si 'has', Syrtes.

304 INDVBIO PELAGI TERREQ· RELINQVID ut incertum pelagus sit an terra.

---

2 oredim̃· *C* || 5 euoto *C* || 6 intuereris *C* || utpompeio· *C* || 7 Quid *C* || quando equidem *C* || 9 N· *addidi* || 11 unam *C* || deei *C* || 12 Muncis *C* || 15 sexũ põpegiũ *C* || 19 desidiostimũ· *C.* thymum *ex lemmate iteraui* || 20 ominib; *pr C* || *Verg. ecl.* 1, 79 || 22 ut * *] utfrigii son'· increpata eris *C:* ut ait Virgilius 'matris quate cymbala circum' [*ge. IIII* 64] *A. iterato lemmate locus Vergili exclusus est ut accidit p.* 37, 25 || 24 rep· *C* || 25 cirenas *C* || 26 catonẽ *sic C* || 29 sianc *pr C* || 30 sirtes *C.*

305 NAM NEQ· SVBSEDIT PENITVS QVO S·P·A·N·S·D·A· A·T· non aratur ut terra, non nauigatur ut mare.

308 AEQVORA FRACTA VADIS ABRVPTAQ· TERRA PROFVNDO incerta enim illic sunt maria et terrae. ut Virgilius 'praetentaque Syrtibus arua'.

309 ET POST MVLTA SONANT PROIECTI LITTERA FLVCTVS belle dixit 'post multa litora'.

313 SED RAPIDVS TITAN PONTO SVA LVMINA PASCENS *ut ipse*

'Flammiger an Titan ut alentis hauriat undas
erigat oceanum *fluctusque ad sidera tollat*'.

item 'et adtracxit nubes, non pabula flammis'. Virgilius 'et bibit ingens arcus'.

314 ZONAE VICINA PERVSTE κεκαυμένηι.

319 ACTVM MARE pulsatum.

321 INSVA REGNA FVRENS quoniam Africa ad meridiem posita austro subiecta est. TEMTATVM CLASSIB· AEQVOR id est a classibus temtatum.

323 IN LATO CONFREGIT LITORE PONTVM quoniam Africa latissima est.

326 SPATIVM VICERE CARINE uela uicerunt nauis spatium uento turgentia.

330 QVAE FLVCTIBVS INCIDIT ALTIS non in Syrtibus.

334 ET OBNISVM VICTOR DETRVSIT INAVSTRVM 'obnixum' contra flantem. 'uictor' aestus.

335 HAS VADA DESTITVVNT alias.

338 TVM MAGIS INPACTVM BREVIVS MARE fortius uexabantur qui in breuibus erant.

339 QVAMVIS ELISVS ABAVSTRO fluctus scilicet. QVAMVIS ELISVS ABAVSTRO deest nam, ut sit: nam quamuis.

341 EMINET IN TERGO PELAGI * * *

347 TORPENTEM TRITONOS ADIT INLESA PALVDEM Trī-

---

2 naugaꝫ *C* || 3 frata *C* || 4 Interra enī *C*, *sed ex* τ *uidetur* c *facta* || 4 *Verg. Aen. VI* 60 || 5 sirtib· *C* || 6 littera *sic C* || 7 uelle dixit *C* || 9 ut ipse *inserui. Luc. I* 415 *sq.* || 10 antitanatalentisauriat *C* || 11 oceanū; F·A·S·T·I (*hae litt. unc. rubro*) temet *C* || 12 *Luc. VII* 5 || *Verg. ge. I* 380 || 13 &ubiningens *pr C* || 14 Cecaumene *C* || 16 admediem *C* || 21 satium· *pr C* || nuuis *C* || 23 sirtib; *C* || 24 detrucxit *C* || 27 tū *C* || infactū *C* || 28 inbreuius *C.* breuia *sunt uada* || 31 eminent Inco pelagi· Torpentē (T *rubro*) *C. hiatum significaui.*

ton Neptuni et Anphitrites filius. ab hoc et Triton marinus deus et Minerua nomen acceperunt.

351 TERRARVM PRIMAM LIBIEN ordo: terrarum primam Libyen tetigit.

355 QVEM IVXTA LETON TACITVS PRAELABITVR AMNIS hic ab obliuione nomen accepit, quod quisquis ex eo bibit, rerum a se gestarum obliuiscitur. hic et aput inferos fluit: Virgilius

'Let*ha*eum ad fluuium deus euocat agmine magno'.

358 HESPERIDVM PAVPER SPOLIATVS FRONDIB· HORTVS Hesperus rex in Africa. is nouem filias *h*abuit nomine Hesperidas quae iuxta Oceanum mare *h*ortum patris custodire dicuntur, in quo ferunt mala aurea sub draconis tutela fuisse. alii Hesperidas Atlantis filias dicunt. 114ᵘ

359 INVIDVS ANNOSO QVI FAMAM DEROGAT AEVO inuidus hortus qui annoso aeuo derogat, dum non habet mala qu*ae* *h*abuit. inuidus est profecto qui famam detra*h*it uetustati quique negat se poetas audire nisi uera dicant.

369 AVT VLTRA GARAMANTIDAS amplius noluit in illa Garamantum regione ire.

373 ET TERRA CINGERE SIRTIM circuire.

379 QVIB· VNA SALVS PLACVIT M·C·S· qui eligitis pro salute mori in libertate.

381 SVMMOSQ· LABORES ingentes.

382 VADIMVS INCAMPOS STERILES EXVSTAQ· MVNDI duo mala.

385 DVRVM ITER ADLEGES PATRIAEQ· RVENTIS AMORE durum est iter quod ad leges patriae tendit et amore liber-

---

1 anfitrite *C* || 4 libien *C* || 5 quẽ *C ut pr B et scholion A testantur* || iuxtã *C* || tatitus *C* || amnis] aruis *C* || 7 fluitgilins leteũ (*sed* uir *supra* g *posito*) *C* || 8 *Verg. Aen. VI* 749 || 10 Pavp (v *ex* a *corr. pr. m.*) *C* || 11 affricã his nouem *C. notabilis est numerus* || abuit *C* || 12 iusta *C* || Ortũ *C* || 13 suldraconis tutolã *C* || 14 ALII· HESPERIDAS (*litterae V priores rubro*) *C. cf. Seruius ad Aen. IIII* 484 'Hesperides Atlantis siue Hesperi filiae' || adlantis *pr C* || 15 euo *pr C* || 16 derogat: *accusatiuo addito non opus est* || 17 abuit *C* || Detrait (D *rubro*) *C* || 18 queq; *C* || dicunt *C* || 19 uoluit *C* || 22 m·c·s· (*rubro*) | *sequitur in interstitio VI uersuum rudis locorum delineatio cum his titulis* SYR|TESMA·|IORES, SYR|tes mi|NOR, TRITO|NA PA|LUS, LETEA || Qui dicitis *C. cf. p.* 220, 12 *et p.* 304, 7 || *fort.* prae salute || 23 inlibertatẽ· *C* || 27 amore durũ·ẽ·inq̃uod *C. fort.* quo quis ad.

tatis occumbit. DVRVM ITER AD LEGES nam ire ad dominum facile est.

387 SI QVIB· IN NVLLO POSITVM EST EVADERE VOTO quibus euadendi non est cupiditas et ire laudi ducunt.

388 *SI QVIBVS IRE SAT EST* [NEQ· ENIM MIHI FALLERE QVEMQVAM A·E·] Virgilius 'nam mihi facti fama sad est'.

389 TECTOQ· METV PERDVCERE VVLTVS neminem in periculis uolo decipere.

390 HI MIHI SVNT COMITES QVOS IPSA PERICVLA DVRANT qui amore uirtutis et instinctu sapientiae, non oratione mea ducuntur.

391 VEL QVE TRISTISSIMA PVLCHRVM ROMANVMQVAE P· quasi quicquid laboriosum et durum est, Romanum *putent.*

398 PRAETENTATE MEO experimini.

400 AVT EQVITEM PEDITVM PRAECEDERE TVRMAS uiderit.

402 SERPENS SITIS ARDOR ARENAE DVLCIA VIRTVTI Stoicorum auctoritate sub honesti qualitate uirtus accipitur. inde Honoris et Virtutis templum est. ergo cum dicit gaudere asperis uirtutem, *H*esiodi sententiam explicat:

τῆς δὲ ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθά|νατοι.

quam Seuerus ita scripsit

'ardua uirtuti longeque per aspera cliua
eluctanda uia est. labor obiacet omnis *h*onori'.

404 QVOTIENS MAGNO SIBI CONSTAT ONESTVM laboribus honesta conparare satis est gratum.

408 INREDVCEMQ· VIAM DESERTO LIMITE CARPIT 'desèrto' quoniam per eremum.

---

1 iteradtebas *C* || addomum *pr C* || 4 *fort.* set || 5 *addidi lemma, uerba aliena seclusi* || 6 ʌ·ϵ· *sic C* || *Verg. Aen. VIIII* 194 || famas ad ·ẽ· *C* || 7 uultus *sic C* || 8 Decepere hinm· | suntcaontes *C* || 10 instintu *C* || 12 romanũquae|p'· quicquid *addito infra uersum* quasi *C* || 13 putent *ante sequens lemma* p̃tenTate *om C* || 16 serpentisitis *C* || uir|tute· *C* || 17 inde] incle *C* || 19 esio dissen|tentiã explicattes· dearetes· Hidrotatheoe· (H *rubro*) proparo· & ten&hecan ath|natoe *C. Hesiodus opp. et dier. u.* 289 || 22 quãseuerus *C. cf. Wernsdorfii poet. lat. min. t. IIII p.* 25 *sqq.* 66 *sq.* 217 *sqq.* || 23 longeq; pasperaniuẹluctan|dauiaẽ· *C:* longęq· per aspera sentis eluctanda *ci. D*, longoque per aspera nisu el. *ego temptaueram, idem tamen nomen neutri generis plurale aegre desiderans, quo codicis ucstigia* niuaeluct. *magis premerentur. quod A. Kiesslingius indagauit cl. Nonio p.* 194 *sq. cum Memmii anapaestis* 'ardua nitens Fortunae escendere cliua'. *cf. gl. Placidi in A. Mai cl. auct. III p.* 448 'Cliua aspera difficilia' || 24 oñisonori *C* || 28 eremũ *pr*

409 ET SACRVM PARVO NOMEN CLAVSVRA SEPVLCRO morituri Catonis fatum Libya occupauit, cum tamen semper esset ille securus.

410 INVASIT LIBIAE SECVRI FATA C· nominatiuus est 'Libye'.

411 TERTIA PARS RERVM LIBIAE Epaphus Iouis et Io filius in *A*egypto oppidum primum Memphin condidit. is Libyen filiam procreauit, unde Africa Libyae nomen accepit.

TERTIA PARS RERVM LIBIAE SI CREDERE FAMAE quidam diuiserunt orbem in duas partes, ut Varro, id est Asiam et Europam, quidam in tris Asiam Europam et Africam, ut Alexander, quidam in quatuor adiecta Aegypto, ut Timost*h*enes. Lucanus autem melius in duas diuidit, scilicet ex cardinum contemplatione.

415 VNDE EVROPA FVGIT LIBIEN a quo loco id est a Gadibus. VNDE EVROPA FVGIT LIBIEN ET LITORA FLEXV OCEANO FECERE LOCVM *co*lum*nas Her*culis, 'inter Europam et Africam freto interueniente.

423 ET NOSTRIS REFICIT SVA RVRA SERENIS uapores Libyae saepe refrigerantur inpulsis in eam nubibus aquilonis flatibus, quae solut*ae* in pluuias liquescunt. quibus et temperatur et reficitur. hi aquilones existimantur causam pra*e*stare inundationis Nili.

---

heremū *corr C* || 2 libiā *C* || 4 fatacınominatiu;ē· libię *C* || 6 libię *C* || epafus *C* || io *C. cf. infra p.* 312, 32 Hero || 7 Memfin (M *rubro*) *C* || his libien *C* || 8 libię *C* || 9 prafrerū *C* || 10 *cf. Varro de l. l. V* 31 *p.* 16 *de r. r. I* 2, 3 'cum orbis terrae diuisus sit in duas partes ab Eratosthene': *haud scio an totus locus Varroni debeatur, ut p* 220, 19 || 11 [illegible]ricā *C* || 12 *Cornelium Alexandrum Milesium dicit* || timostenes *C* || 13 melius [cre]didit in duas diuidit scilic& &cardinū *C cum ras.* || *cardinum contemplationem seruant A* (*cf. Isid. or. XIIII* 2), *unde C explens* || 17 facere locū· Vumelius (V *rubro*) | int *C* || *post u.* 18 *in VII uersuum interuallo duo diagrammata rudi arte delineata et rubro inscripta sunt, alterum quinque* (*sed illic sex sunt!*) *terrae zonarum et circulorum* (*intra orbem haec nomina leguntur* ARTICE, PERIXE, CECAU, IBETERINE, ANTRATICE *et oblique* ZONA CUS, *extra orbem sinistra quinquiens* CIRCVLVS *duo* CIRCVLI, *et* CAPRI CORN·, *dextra* SEPTEM TRIONAL, CANCER, SOLSTITIALIS, AEQVINOCTIALIS, BRVMALIS, AVSTRALIS), *alterum terrarum orbem ea fere ratione describens qua factum uides ap. Isidorum de rerum nat. p.* 80 *ed. Beck. uel ap. Weberum schol. Luc. p.* 721, *nisi quod inferior pars non bifariam diuisa est, sed in extremis angulis sectiones habet, in quarum sinistra* [illegible], *dextera* [illegible] *legitur, tum quod partem in qua est* EVROPA *eamque in qua* AFRICA *superscripta* libia *legitur distinxit interstitio, quod notatur* [illegible] (*adsunt duo tantum uentorum nomina* EVRVS *et* BOREAS) || 19 eius in ras. *C* || liuius *C* || 21 flatib; q· (*haec l. rubro*), solutęq; inpluuias *C* || 22 hi *C* || clausam *C*.

426 TANTVM MAVRVSIA GENTI tantum genti illi robora Maurusia diuitiae sunt.

115ᵘ 430 EXTREMOQ· EPVLAS MENSASQ· | PETIMVS A·O· Virgilius

'aurea fulcra toris epulaeque ante ora parata*e*'.

citrum autem significat et aues, qu*a*e Numidic*a*e uocantur a regione in qua nascuntur, rari saporis.

432 SVB NIMIO PROIECTA DIE μετωνυμικῶς sole.

435 ET NVLLA SVBILLA CVRA IOVIS TERRA EST non curat, si non pluat.

440 QVEM MVNDI BARBARA DAMNO SIRTIS ALIT quem barbara Syrtis damnis mundi alit.

444 NAVFRAGIIS NASAMONES HABENT Nasamones dicti a profunda regionis su*a*e arena, ἀπὸ τῆς ἄμμου.

450 SCOPVLISQ· REPVLSVM DISSIPAT ἀπὸ κοινοῦ non.

459 DISCVSSASQVE D· ἀπὸ κοινοῦ uidet.

466 CONCVTERET TERRAS auster.

468 EXESIS AVSTRVM SCOPVLOSA CAVERNIS concuteret Libyam et terr*a*e motum faceret, nisi esset aren*o*sa nec ullis cauernis concaua.

473 INTENTVSQ· TVLIT MAGNI PERINANIA CELI ἀπὸ κοινοῦ spiritus.

477 SIC ILLA PROFECTO SACRIFICO CECIDERE NVMAE Numa Po*m*pilius ad fidem faciendam Romanis finxit se cum diis habere conloquium et sibi Iouem terti*o* die pollicitum esse demissurum arma in quendam locum. qu*a*e ex pr*a*eparato quadam arte mec*h*anica aduocato populo uisa sunt de c*a*elo uenire. ea quoniam ex omni parte amputata erant, cognominata sunt 'ancilia'. quae certo die festo mouentur principum iuuenum manibus.

---

1 maurus· Iagentantũ *C* || 3 Petimus A·O· *sic C* || *Verg. Aen. VI* 604 || 5 aepulaeq: *C* || ore *pr C* || 7 rariſ arioriſ *C: em. Kiessl.* || 8 m&onimicos *C* || 9 subiracura iouis + Terra·ẽ *sic C* || curant *C* || 11 dãmnoſ· Sir|tis *C* || 12 sirtis *C* || dãniſ *corr. ex* dãnit *C* || 14 a potes ham lin'· *C. cf. Plin. n. h. V* 33 || 15 copulisq; *pr C* || apocinuñ *C* || 16 discussasq· uid& apocinu uid& *C* || 19 libiã· *C* || arenanec *C* || 20 comcaua· *C* || 21 tullit *C* || Λpocin' spiraṭ' *sic C notandis compendiis syllabarum* nus *et* tus (*ut infra p.* 303, 6 dom̃), *cum uolgo* n̂· *uel* n̂ *scribatur* || 23 illi *pr C* || sacrificio *C* || 24 populius *C ex* PŌPILLIUS, *non ex* PŌPULIUS *ortum* || 25 tertò *C* || 26 dimissurũ *C* || locũq; ex preparato *C* || 28 quoniam] cũ *C* || omni *cf. Servius ad Aen. VIII* 664 *Isidorus or. XVIII* 12, 3: ab utraque parte *Varro de l. l. VII* 43 *p.* 328 || 30 principiũ *C.*

479 PATRITIA CERVICE MOVET Salios dicit.

481 SIC ORBEM TORQVENTE NOTO arenarum scilicet.

484 VIX SIC INMOBILIS AVSTRO * * *.

488 ALLIGAT zeugma: agger.

492 QVI NVLLAS VIDERE DOMOS VIDERE RVINAS quoniam casae ibi sunt, non domus structiles.

496 OSTENDIT LIBICAE FINITOR CIRCVLVS ORAE ea parte Africae quam Nasamones tenent et Syrtes Gaetulae, ita se clima habet, ut cum proxima sit regio aequinoctiali, prematur uero solstitiali circulo qua cancer est, ea sidera quae ad septentrionem sunt, illis non omnia conspiciantur: id est ὁρίζων *non* contingit cardinem septentrionalem. hunc ὁρίζοντα dixit 'marginem'.

* * * * *

542 PROCVL AXIS VTERQVE EST tantum, inquid, abest haec plaga a nobis, quantum et ab illis. media enim est inter utrosque mundos.

548 DEFAMA TAM LONGI IVDICAT AEVI ut probet si uera essent quae de Ammone dicerentur, id est si uere certa responsa daret.

550 SORS OBTVLIT INQVIT a possibili.

552 CONSILIVMQVE DEI pro responso posuit.

555 DICTVROSQVE MAGIS ordo: cui magis.

557 SEQVERISQ· DEVM imitatione et instituto.

558 INQVIRE INFATA INFANDI CAESARIS hoc ex animo 116 dolentis est dictum. nam qui inquirit dubia, quid inmineat solum interrogat, non et contra.

560 IVRE SVO POPVLIS VTI LEGVMQ· LICEBIT si uincimus.

561 AN BELLVM CIVILE PERIT si uincimur.

562 DVRE SALTEM VIRTVTIS AMATOR QVERE QVID EST VIRTVS si amator es sapientiae, require sapientiam. hanc enim posuit 'uirtutem'.

563 QVAERE QVID EST VIRTVS ideo sub figura Labienus

---

2 torquentẽ *C* || 3 austro alligat *C*. *hiatum signaui* || 7 funitor *C* | ora *C* || 8 teten&sirtes *C* || 9 p̃mat̃ *C* || 10 canceri ·ẽ· *C* || 11 septentriõnã *pr C* || conspiciunt̃ *C* || 12 orizon contingit *C* || orizotã *C* 14 *hiatum notaui. cum desit XXXXV uersuum explicatio, uerisimile est archetypi schedam unam interceptam fuisse ut p.* 244, 27 || 18 logi *pr C* utpbensi *C* || 21 apossibilia *C* || 25 *scr.* nefandi || ex] & *C* || 27 iterrogat *pr C* || 28 utillegũq; *C* || 30 Duberesalutẽ *C* || q;re *C* || 33 quid-

exigit, ut ex oraculo sciat Cato quid sit uirtus et quid honestum, quoniam Epicurei sine substantia uirtutem esse dicunt uanumque ei nomen, et ideo neminem posse ex praecepto Stoicorum sapientem fieri, sed tantum polliceri.

566 QVIT QVERI LABIENE IVBES iniuria numinum est interrogare quod noueris. aut cur interrogem quod in mea est positum potestate, scilicet ut eligam mori quam esse subiectus?

568 AN SIT VITA NIHIL si plus uirtus potest quam fortuna. AN SIT VITA NIHIL secundum Epicureos qui dicunt post mortem animam non durare sed interire cum corpore. et 'uitam' posuit modo pro anima. Virgilius

'uitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras'.

SED LONGA AN DIFFERAT AETAS secundum Pythagoram qui dixit animas in reuolutionem uenire. ℣ [et] dum semper moritur semper uiuit, longa aetate differtur. Virgilius

'scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri
omnia, nec morti esse locum'.

569 AN NOCEAT VIS VLLA BONO sapientem enim uiolentia nulla conmutat, nec fortuna terret amissione aut adquisitione rerum. libenter subit quicquid inimica fortuna protulerit. Stoici negant sapientem malis adfici, cum ***

570 *OPPOSITA VIRTVTE* MINAS pro sapientia. LAVDANDAQ· VELLE SIT SATIS thesis philosophica. LAVDANDAQ· VELLE SIT SATIS sufficit nobis laudanda uelle, id est *si* bonam conscientiam habeamus nec uelimus culpanda et sapientes simus.

571 ET NVMQVAM SVBCESSV CRESCAT HONESTVM quicquid crescit aut minuit, perfectum non est. quod enim crescere potest, perfectum non fuit, quod autem minuit, perfectum non est.

ẽuſr̃ *C* || 2 epiculi *pr* epicuri *corr C* || substantiã *C* || 3 *fort.* eius || 4 stoitorũ *pr C* || sapientiã *C* || 5 Quitq; ri *C* || nominũ *C* || 9 *sqq. cf. schol. VIIII* 1 || 11 *Verg. Aen. XI* 831 = *XII* 952 || 13 longa an] longa ſau *an* longa ſu *an* longa au *C*, *non dispicio* || pitagorãquiddixit *C* || 14 reuolutiõne *C* || & *inclusi cf. ad p.* 166, 7 || 15 langa *C* || Urgilius *pr C. georg. IIII* 225 *sq.* || 16 deinde hac *C* || 17 omnia ·N·M·Є·L· *C* || 19 conmutas *C* || amisione *C* || *post* aut *uerbum uidetur deesse uelut* delectat || 21 malis (*ex* malo?) *corr C* || 22 *sq.* adficicũpminas· Sapiencia *C. hiatum notaui, lemma suppleui cl. schol. u.* 562, *transposui* || 23 tesis philosophicas (l *corr. ex* f) *C* || 24 ſuficit *C* || idẽ· bonã Conscientia *C* || 26 subcessus *C* || 27 minuit *cf. ad p.* 274, 15 || ñẽ·+ si enĩ crescere potest· perfectũ (*supra hoc uoc. scriptum* quod) ñẽ qdenĩ minuit pfectũ non fuit *C* || 28 autem] enĩ *C*.

573 TEMPLOQ· TACENTE NIL FACIMVS NON SPONTE DEI his uersibus locum stringit de fato: hoc omnia esse constricta et ex aeternitate quadam catenatione causarum implicata destinatis diebus et nasci et finiri, mentesque nostras iam tunc ita formatas secundum uoluntatem deorum [id est Fatorum] cuncta facere, et debere nos aequo animo necessitati | publicae parere tamquam domino subiectos. NIL FACIMVS NON SPONTE DEI Virgilius 116ᵘ

'deum namque ire per omnis
terrasque tractusque maris caelumque profundum'.

NIL FACIMVS NON SPONTE DEI *Virgilius*

'totamque infusa per artus
mens agitat molem et magno se corpore miscet'.

575 DIXITQ· SEMEL NASCENTIB· AVCTOR 'dixit semel', cum nascentibus fata dedit.

576 QVICQVID SCIRE LICET scire debemus moriendum potius quam seruiendum; nihil esse quod uiuimus, nihil interesse quam diu uiuamus; bono nocere nihil posse, honestum prosperis non augeri, fortunam uirtuti nocere non posse; laudanda uelle sufficere etsi non fueris consecutus. STERILESNE ELEGIT HARENAS coniecturaliter.

578 ESTQVAE DEI SEDES NISI TERRA ET PONTVS ET AER quae enim alia est dei sedes nisi elementa haec quae dicit? ait enim Posidonius Stoicus: θεός ἐστι πνεῦμα νοερὸν διῆκον δι' ἁπάσης οὐσίας: 'deus est spiritus rationalis per omnem di/fusus materiam' hoc est terram aquam aera caelum. hunc

---

1 diei· *C* || 3 Implicat adesti|matis *C* || 5 Id⁀fatorũ *C: inclusi. cf. Prellerus myth. Rom. p.* 565, 4. *cuius argumentis adde titulum ap. Garuccium, i segni delle lapidi latine p.* 11 'noli dolere mater factui meó: hoc tempus uoluit, hoc fuit Fatus meus' *aliumque in Gerhardi nuntiis archaeol. a. h. s. LXII p.* 340* *editum* 'Hanc talem coniugem quam praefestinas Fatus peremit· quam fors tribuit fortuna ademit' *et mythographum I c.* 110 *A. Mai cl. auct. t. III p.* 40 || 6 fecere *C* || 8. 11. 23 diei *C* || 8 *Verg. ge. IIII* 221 *sq.* || 12 *Verg. Aen. VI* 726 *sq.* || 13 magnoſcorpore *C* || 16 *sq. cf. A* || 16 potius quã seruiendũ *perperam iterat C* || 18 hononocere *C* || 20 Steriles necelegit *C:* sterilesne elegit (*ex* nec legit *corr.*) *exemplum Lucani G* || 22 sedẽ *C* || 23 haecq· dicit *C* || 24 post | sidonius *C* || theoſẽ igneũ aroenondineſondi apaſe ſuſſiaſ deus ẽ *C. cf. Stobaeus ecl. phys. p.* 58 *H.* Ποσειδώνιος πνεῦμα νοερὸν καὶ πυρῶδες κτἑ. *Laertius Diog. VII* 138 Ποσειδώνιος ἐν τῇ περὶ θεῶν εἰς ἅπαν αὐτοῦ (*sc.* τοῦ κόσμου) μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ κτἑ. *facile cum his coniungas quae Varroni adscribuntur ab Isidoro VIII* 6, 21 || 26 difisus *C* || areaelũ *pr* aeracelũ *corr C.*

spiritum summum deum Plato uocat 'artificem' permixtum mundo omnibusque quae in eo sint. quod si ita est, omnes eum uidemus.

580 IVPPITER EST QVODCVMQ· V· *Virgilius* 'Iouis omnia plena'. QVODCVMQ· MOVERIS cολοικιcμός.

589 ET NVLLA VEITVR CERVICE SVPINVS lectica scilicet.

591 CVM TANDEM FONTE REPERTO INDIGA COGATVR LATICIS POTARE I. laticis indiga iuuentus certare cogatur.

594 ET SI SVCCENSV NVDA REMOTO ordo: et si successu remoto nuda uirtus per se inspicitur.

596 MAIORVM FORTVNA FVIT non uirtus. QVIS MARTE SECVNDO· QVIS TANTVM MERVIT POPVLORVM SANGVINE NOMEN plus hic laudis fuga adquisiuit quam alii proeliis.

605 ET PLAGA QVA NVLLAM SVPÆRI MORTALIB· VLTRA iam plaga calcatur qua nullam diem superi mortalibus concesserunt.

614 NOCXIA SERPENTVM EST ADMIXTO SANGVINE PESTIS tunc serpentes nocent homini, cum sunt in sanguine*m* eius admissi.

616 POCVLA MORTE CARENT μετωνυμικῶc aquam.

625 DIMISSO SOLE C· 'demisso' occidente.

626 SQVALEBANT LATE PHORCINIDOS AÆBA MEDVSAE Medusa quondam specios*a* uirgo Minerua*e* crinibus suos anteposuit. qua re indignata dea eius crines in serpentes conuertit tribuitque ei ut suo aspectu homines in saxa mutaret. ad quam interficiendam Perseus miss*u*s est, qui ***

117 632 FEMINEAE COME genitiuus | est singularis, 'more' ablatiuus singularis.

636 HOC ABET INFELIX CVNCTIS INPVNE MEDVSA QVOD SPECTARE LICET hoc solum licet, inquid, ex ore eius inpune uidisse id est colubras.

642 EVMENIDVM CRINES SOLOS MOVERE F· uult hanc deteriorem ostendere:

---

4 *Verg. ecl. III* 60 || 5 moueriſide|ſokemoc *C* || 7 rererto *C* || cog///aꝛ̌ *C* || 9 remodo *pr C* || succensu (*corr. ex* cucc—) *C* || 11 fugit *C* || 13 prẹliis *C* || 15 nullã diem· *C. an* nullam ulteriorem? || 18 sanguine *C* || 20 Metonimicos *C* || 21 dimiso *C* || 22 squalebunt· Tete (T *rubro*) *C* || abamedusæ (d *ex* t *corr.*) *C* || medacondã *sic C* || 23 speciosuirgo *C* || 25 inxaſa *C* || 26 misus~qui femineae *C. hiatum notaui* || 27 genitiu· *sic C* || 28 ablatiu; *C* || 29 inpude *C* || 31 uidiss& id est *C.*

645 HOC MONSTRVM TIMVIT GENITOR *Virgilius* 'odit et ipse pater Pluton'. NVMENQVE SECVNDVM post Neptunum.

648 MVNDOQ· OBDVCERE TERRAM totum mundum saxeum facere potuit.

654 ILLA SVBHESPERIIS STANTEM TITANA COLVMNIS IN CAVTES ATLANTA DEDIT Perseus cum uellet caelum petere et ad *Atl*anta peruenisset ut ab eo inponeretur mundo et is recusaret hoc praestare, ostenso ei Gorgonis capite fecit eum montem. columnas autem Herculis dicit ubi Atlas conuersus in montem est.

655 CAELOQ· TIMENTE pro dis.

656 GIGANTAS EREXIT MONTES in montes eos conuertit.

661 ARCADOS AVTORIS CITARE quoniam creditur ossa ceruina iunxisse uel, ut quibusdam libet, cornua et neruis intendisse. inuentor pal*a*estrae idem traditur, unde in gymnasis hermae in effigiem eius quadrat*a*e ponuntur: quadrat*a*e ideo quoniam ἀλληγορικῶς Mercurius est oratio: haec ex quattuor partibus constat, littera sy*l*laba loquella oratione. ⁋ ARC*a*DOS AVCTORIS CITARAE a*t*qui lyrae inuentor est, non citharae. sed translatione usus est. LIQVIDEQ· PALESTRE aut quoniam oliui usum habet au*t* quoniam solutiora membra et mobilia efficit.

662 ET SVBITVS PRAECEPS CVLLENIDA SVSTVLIT ARPEN ordo: *h*arpen sustulit Arcados, qui est auctor cith*a*rae pal*a*estr*a*eque.

668 GORGONOS AVERSO SVLCANTEM REGNA V· ordo: Gorgonos regna.

671 QVAM SOPOR AETERNAM TRACTVRVS MORTE QVIETEM OBRVIT ordo: quam ſopor obruit.

---

1 *Verg. Aen. VII* 327 || 6 pfetuſ *C* || *aliam causam Ouidius met. IIII* 627 *sqq. Seruius in Aen. IIII* 246 *mythographus II c.* 114 *A. Mai cl. auct. t. III p.* 127 *tradunt* || 7 &adlantã *C* || mundo *C id est caelo, cf. F. Buechelerus coniectaneorum lat. c. II p.* 7 *sq.* || 8 perstare *C* || 9 adlas *C* || 16 gẏmnasis *C*: *cf. ad p.* 203, 16 || haermæ *C* || 17 allegoricos *C* || 18 sẏlaba *C* || loquella: *cf. Varro de l. l. VI* 57 *p.* 234 'hinc quidam loquelam dixerunt uerbum quod in loquendo efferimus' *quem usum testantur Iulius Romanus Charisii p.* 194, 2. 236, 23, *Claudius Sacerdos I* 90 *p.* 28 *Vindob. Cominianus Charisii p.* 230, 7 *sq.* (*cf. Diomedes p.* 408, 30. 409, 21. 24) *p.* 265, 10. 278, 21, *incertus auctor Charisii p.* 156, 10. 13 *Diomedis p.* 322, 33. 323, 1 *excc. Bob. p.* 536, 11. 14, *Diomedes p.* 420, 12, *Martianus Capella III p.* 71 *Gr.* 75, 19 *Eyss.*, *Isidorus or. I* 12 || 19 Λrados *C* || aquilỹ pe *pr* aquilẏ ne *corr C* || 21 qm̃ duciuſuſũhab&auqm̃ *C* || 24 arpen *C* || 26 auerse *C* || regnauit· Ordo *C*.

678 QVOS HABVIT VVLTVS quam toruos. AMATĪ VVLNERE FERRI falcato ense.

683 TEXISSEꝰQ· ORA COLVBRIS ipsius Gorgon*ae*, ne uel decollat*am* uideret.

685 ILLE QVIDEM PENSABAT ITER PROPIVSQ· S·A· poterat quidem ille conpendio ire.

689 ZEPHIRO CONVERTITVR ALES id est a zephyro ad austrum.

691 SIDERIB· FOEBOQ· VACAT PREMIT ORBITA SOLIS κεκαυμένη zona.

692 NEC TERRA CELSIOR VLLA NOX CADIT INC· deorsum uersus altior.

694 SIC FLEXVS OBLITA VAGI PERRECTA CVCVRRIT S· 117ᵘ luna scilicet. 'oblita uagi | flexus' quem solet facere, ne incurrat in solem, obscurata umbra terr*ae* alt*ae* si incurrat. PER RECTA CVCVRRIT SIGNA quoniam dixit 'non obliqua meant'.

695 NEC INBOREAN· AVT IN NOTON· EFFVGIT VMBRA quoniam si fugeret, sicut solet, incurreret. NEC INBOREAN AVT INNOTON EFFVGIT VMBRA nox nil est aliut quam umbra terr*ae*. porro sub hoc solstitiali circulo terra media est, unde nox certissime efficitur. super quam si quando luna posita exaduersum habuit infra terra*m* solem obpositum, eclipsim patitur eo quod sub media is terra positus ex nulla parte potuit lun*ae* lucem subministrare.

701 ASPIDA SOMNIFERAM TVMIDA CERVICE LEVAVIT serpentum nomina aut a Macro sumsit de libris Theriacon — nam duos *e*didit —, aut qu*ae*sita a marsis posuit. quae

---

3 texisseq; *C* || gorgoneneuellecollo catauider& *C.* *cum* Gorgonae *genetiuo cf. mythographus II A. Mai c.* 111 *et* 112 *t. III p.* 125 *sq.* || 5 rensabat *C* || 7 zephiro *C* || 9 Poeboq; *C* || p̄mit *C* || cecaumene *C* || 11 inc· *sic C* || 14 Lana (L *rubro*) *C* || obita *pr C* || 15 sicin|currit· *C* 16 dixit *supra u.* 533 || 17 berean· *C* || umbra *etiam corr G* || 18 inberean *C* || 21 emitiť *C* || 22 intraterrasolē *C* || 27 duos dedit *C. cf. A. Kiesslingius in symbolis ad emendandos prosarios scr. lat. p.* 41 || autq; sita *C* || marsis *C. gentis domandis et incantandis serpentibus famosae* (*cf. Plin. n. h. VII* 15. *XXV* 11 *etc. Gell. n. a. XVI* 11 *init. Caelius Antipater Solini* 2 *p.* 42, 12 *M.*) *eaque re iam Lucilio l. XX Nonii p.* 201 *et Pomponio p.* 205 *u.* 118 *Ribb. notatae nomen ad artis professionem translatum est, cf. Firmicus math. VIII* 15 *p.* 221 *Basil.* 'hoc (ophiucho) oriente qui nati fuerint, marsi erunt, qui scilicet pestiferos angues sopitis ac mitigatis aculeis opprimant', 28 *p.* 238 'sic enim erunt marsi, uenena uendentes et qui serpentes sopitis uenenorum aculeis nutriant', 30 *p.* 243 'in ore cerui qui nati fuerint, marsi erunt qui serpentes inuestigent

ab euentu dicta sunt siue natura ipsarum siue effectu artium quae sunt eius modi. ASPIS haec cum percussit, ita grauem torporem efficit morienti, *ut* uideatur per somnum mori.

706 INDE PETVNTVR HVC LIBICE MORTES increpat auaritiam.

708 AN NON STARE SVVM MISERIS PASS· C· 'miseris' sc*ilicet* hominibus.

709 HEMORROIS sanguine fluens.

710 NATVS ET AMBIGVE COLERET QVI SIRTIDOS ARBA CERSIDROS ordo: et *ch*ersydros natus qui arua coleret ambiguae Syrtidos. 'ambiguae', quoniam nec mare nec terra est. 'chersydros': χέρcoc terra, ὕδωρ aqua. ***

712 CENCRIS quod mil*io* similis est, Gr*a*eco nomine.

714 TEBANVS OFITES [T*h*ebanum] Aegyptiacum marmor.

716 AMMODITES a latendo sub arena. CERASTE quod capitibus uelut cornua erecta gerunt. SPINA TORQVENTE cerastam *H*elena rapta a Paride in Aegyptum dicitur calcasse: inde spinam fractam habere.

717 ET SCITALE aequali rotunditate. hoc enim Gr*a*eci cκυτάλην, rutundum fustem, baculum.

718 TORRIDA DIPSAS quod percussos siti mori faciat.

719 AMFISBENA quod utraque parte capud habeat et utraque serpat. ἀμφίc utrimque, βαίνειν ambulare.

720 ET NATRIX VIOLATOR AQVAE masculino genere dixit,

---

atque conprehendant, sed biothanati', *ibid.* 17 *p.* 223, 26 *p.* 235; *gloss. codd. Bern. CCXXIIII f.* 216r *et CCLVIII f.* 68u 'marsus · incantator (—tatus *cod. CCLVIII*) serpentium'. *hinc intellegitur, quod in titulo L. Renerii inscrr. rom. de l'Algérie n.* 100 *B* 24 *p.* 24 *ut inter ueteranos memoratur* 'M. Pontennius Victor ex marso'. *Ceterum haec scholia uu.* 701 *sqq. interdum pleniora interdum peiora non minus quam Solinum c.* 27 *p.* 136 *sq. Isidorus conpilauit or. XII* 4 || 1 abeuentũ *C* || siuentura *C* || 3 morientiuideaṫ psomniũ *C* || 4 libic& *C* || 6 pas· s·c· (*litt. unc. rubro*) misericsiominib; *C* || 10 cersidros *C* || 11 sirtidos *C* || 12 cersidroscerterraidoraqua cencris *C. scholion de chelydro intercidit, luculentius schol. cum Macri memoria seruauit Isidorus* § 24 || 13 milo *C* || 14 ægyptiarũ *C* || 15 admodites *C cf. liber gloss. Bern. c. XVI f.* 10r 'Admodite· Genus serpentinum est (*adscr.* De Glosis)' || 16 gerent *pr* gerint (?) *corr C* || 17 *sq. Macri facile deprehendas uestigia, Nicandrum si conferis ther. u.* 309 *sqq.* || 19 &ſcıt̃ale *C* || grece scitalũ·ẽ | rutundũ fustẽ ruculũ *C.* rutundum *seruaui cl. Lachmanno ad Lucr. p.* 96 *et orthographi ap. Marium Vict. art. metr. I* 4, 57 *p.* 2463 *P. fragmento unde discas fuisse qui rutundum a ruendo dictum statuerent, quippe contra quos moneatur* 'non omnia rutunda [*sic cod. Valentin.*] ruta [rata *libri*] sunt, cum **' || 21 fatiat *C* || 23 serpiat anfinutriumq· ueni ambulare *C* || 24 narix *C.*

cum sit feminino. est tamen ex his nominibus quae communicatiua uocamus, ut est passer aquila. nam illius serpentis masculinum nomen inuenimus.

720 IACVLIQ· V· iaculando [sagittando] se.

721 PARIAS quoniam erectus semper in caudam est.

722 PRESTER ab inflando ceruices suas et ora.

723 TABIFICVS SEBS quod percussus ab eo statim putrescit, ἀπὸ τοῦ σήπειν. |

118 725 ANTE VENENA NOCENS quoniam et sibilo nocet.

726 BASILISCVS siue propter eximiam uim ueneni, siue speciem, nam uelut diademate albo insignis est.

728 DRACONES a uisu acutissimo dicti. δέρκειν enim 'uidere' uocant Graeci.

733 NEC VOBIS OPVS EST ADNOXIA FATA VENENO mole sola sufficitis ad nocendum.

759 FERROQ· APERIRE TVMENTIS SVSTINVIT VENAS ATQ· OS INPLERE CRVORE secuit, inquid, sibi uenas et bibit sanguinem suum.

762 SITIM latine δίψαν dixit.'

766 PARVA MODO SERPENS τῷ μέτρῳ.

773 DISSILVIT STRINGENS VTERVM MEMBRANA 'membrana' dicta eo quod membra cooperiat.

776 INMINIMVM MORS CONTRAHIT OMNIA VIRVS ad modum ueneni corpus redactum est.

785 HAEC QVOQ· DISCEDVNT ossa scilicet.

787 CINIFIAS INTER PESTES TIBI PALMA NOCENDI Cinyphus amnis in Africa et ciuitas. Virgilius 'Cinyphii tondent hirci'.

---

1 &tam̃ *C* || *genus ἐπίκοινον dicit quod 'Latini promiscuum uel subcommune uocant' (Diom. p.* 301, 13) || 2 utẽ· pasera aquilanã nullius *C. cf. Priscianus V* 37 *p.* 165, 15 *sqq.* || serptis *C* || 3 nom̃ *C: fort.* nomen non || 4 Iaculando *C:* sagittando *alia manu saec. X supra scriptum* || 5 farias *C* || 8 apotusepin· *C. huc refertur quaestio ab Ausonio in technopaegnio (id. XII p.* 160 *Scal.) memorata* 'an Libyae ferale malum sit Romula uox SEPS' || 10 siuespetie *C. possis etiam* siue a specie. *cf. Plin. n. h. VIII* 78 'candida in capite macula ut quodam diademate insignem' || 12 dercin *C* || 14 ẽ· anoxia *C* || uenena *C* || 15 sufficit *C* || *fort.* ad necandum || 16 arerire *C* || 19 dipradixit *C* || 20 serpentometro *C sed* f *supra* n *posuit pr. m.* || 21 stringen *C* || 23 mons *C* || uirt *C* || admodũ *C. an* ad minimum? || 25 disce· D· (D· *rubro*) *C* || 26 cinfias *C* || cinifus *C. cf. M. Schmidtius ad Hesych. t. II p.* 485, 52 || 27 affrica *C* || *Verg. ge. III* 312 || cinifi *C.*

789 ECCE SVBIT FACIES LETO DIVERSA bene 'diuersa' quoniam [hic] ille flucxit, hic inflatus est.

807 MIRATORIQ· CATONIS Stoico.

809 CORICII PRESSVRA CROCI Corycus Ciliciae mons, ubi crocum multum est.

814 TOTVM EST PROVVLNERE CORPVS pro uno uulnere totum corpus uulnus est.

821 TOXICA FATILEGI CARPVNT MATVRA SAITE Sais urbs est *A*egypti templo Mineru*a*e insignis, ubi toxicum nascitur quod simile est Arabiae odoribus. 'toxicum' dictum quod sagittas tinguat.

822 SEVO*S* STERILI SE ROBORE TRVNCI terra ipsa est sterilis.

836 TESTE *TV*LIT CELO VICTI DECVS ORIONIS i*n*mit*t*ente Diana scorpius Orionem interemit caelumque pr*a*emiu*m* meruit. qui ita κατὰ διάμετρον positi sunt, ut altero oriente uelut fugiat alter et adhuc inimicitias exerceant.

837 SALPINGA genus serpentis modici, quam Plinius dixit animal formicae simile quod Hispania 'salpungas' dicit.

839 QVIETEM somnum.

851 ET PERAGVNT CIVILIA BELLA CERASTE qu*a*e a Caesare sunt c*o*epta.

852 AXIS INVSTVS 'in' ualde.

863 PERSECRETA TVI BELLVM CIVILE RECESSVS 'tui recessus' genitiuus singularis. PERSECRETA TVI BELLVM CIVILE RECESSVS nos milites bellum ciuile gerentes μετωνυμικῶς.

866 [INGRESSIS] COEVNT IGNES STRIDENTIBVS VNDIS oceani, ubi sol cadit et stridorem dat.

872 EVROPAMQ· *A·S·* ASIAMQ· VIDENTEM ἀπὸ κοινοῦ [zeugma] uidentem: non requiro Europam et Asiam uidentem alios soles.

---

1 lubit *pr C* || 2 flucx̃ *C* || 3 Miratorio· (M *rubro*) *C* || 4 Coricuscilitię *C*. *cf. Plin. n. h. XXI* 31 || 5 crocrũ *C* || 8 Tosica *C* || Siaſubrſ *sic C* || 10 *cf. Festus p.* 355[b] 19. *a taxo dictum ait Plinius n. h. XVI* 51 *et Isidorus or. XVII* 9, 25 || 12 Seuosterilis e *C:* sęuo (*corr. ex* seuus) sterili (—lıs *corr.*) se *G.* seuos *restitui cl. p.* 224, 1 || sterelis *C* || 13 testelit *C* || imitente *C* || 14 premio *C* || 15 catadimeton *C* || 16 inimicidas *C* || 17 Sarpin|ga *C* || modici *C. an* modicum? || plinius: *nat. hist. XXVIIII* 92 'est et formicarum genus uenenatum, non fere in Italia· solipugas Cicero appellat, salpugas Baetica' || 18 qđinspi|niasalpungasdicit· *C* || 19 somniũ *C* || 22 ·IN· *rubro C* || 23 *et* 24 secrata *C* || 25 metommicos *C* || 26 Ingressus *C* || 27 stritorẽ *C* || 28 europãq; ʌpoẏnu· zeuma ui|dentẽ asiamq; uidentẽ non *C. cf. ad p.* 293, 4.

874 CIRENIS ETIAM IAM BRVMA RIGEBAT hic autem aestas est.

878 SVBPEDIBVS IAM ROMA MEIS arbitrantur aput antipodas iam errare.

118ª 884 QVOCVMQ· VOCATVS A· quando | aliquis uocabatur, 6 Cato ueniebat, tamquam ipse uocaretur.

890 TANTO LASSATA PERICLO 'lassata' inferendo pericula.

894 IPSE CRVOR TVTVS CVVεκδοχικῶς pro toto corpore.

916 EBVLVM genus pigmenti. PEREGRINAQ· BALSAMA SV- 10 DANT haec omnia aut graminibus nascuntur aut de arboribus colliguntur.

917 EOAQVE COSTOS de Arabia uenit quae est iuxta orientem.

919 ERICINAQ· TAPSVS quod in Sicilia nascatur.

15 920 ET LARICES *zeugma:* sonant flammis.

921 ET LONGE NASCENTIS CORNVA CERVI aut diu *ui*uentis aut quoniam non nascuntur cerui in Africa.

923 TVNC SVNT MAGICE MIRACVLA GENTIS tamquam magicae, quoniam hic quoque cantu utitur ut magi.

20 928 MVRMVRE CONTINVO NEC DAT SVSPIRIA SANGVIS uulnus ne serpat ulterius eo interuallo.

940 VIS POSITIS FOEBE FLAMMIS V·L·R· hoc per singulos dies fit.

941 VIDIT ARENIVAGVM SVRGENS FVGIENSQ· CATONEM 25 hoc per singulos menses fit.

943 CEPIT ET INTERRAM LIBIAE non in puluerem.

948 PROXIMA LEPTIS ERAT Tripolitana ciuitas.

952 CVIVS VESTIGIA FRVSTRA TERRIS SPARSA LEGENS quem non *in*uestigatum in terrá per maria quoque persequitur.

30 954 TREICIASQ· LEGIT FAVCES Bosporon. ET AMORE NOTATVM amore *H*elles notatum, quam dilexerat Neptunus et detracxit arieti. uel Hero et Leandri.

---

1 &iã iam *sic C* || 3 roma|neos *C* || 7 lassa *C* || lasata *C* || 8 sinecdochicos *C* || 9 Peregninaq; *pr C* || 10 hae *C* || 14 ericiraq; torsus *C* || 15 zeugma *addidi* || 16 lonce *C* || carnua *C* || diuuentiſ *C* || 19 Uritur uomagi *C* || 20 ſuſriria [ſ]anguiſ (ſ *in ras.*) *C* || 22 posıt· foebo flamis· *C* || *scholia u.* 940 *et* 941 *perperam sedes suas mutarunt* || 26 interrani *C* || nuluerẽ *pr C* || 27 lertis *C* || 29 ñiuestigatũ *C* || 30 teriacarq; *pr* teriacaſq; *corr C* || bofforon *C* || 31 elles *C* || dilexerit *C* || 32 arieiti uelboro & leanori *C*. *cf.* Io *genetiuum p.* 301, 6.

958 QVAMVIS BVZANTION ARCTO Byzantium a Pausania rege Spartanorum condita est et a Constantino meliorata.

QVAMVIS BIZANTION ARCTO PONTVS ET OSTRIFERAM DIRIMAT C·C· dicit Asiam ab Europa angusto freto separari. quamuis, inquid, fretum inter Chalcedona ac Byzantium | angustum est, non tamen Hellesponto angustius. 119

960 EVXINVMQ· FERENS PARVO RVAT ORE PROPONTIS 'Euxinum' Scythicum. 'euxinum' post dictum est: nam antea 'axenum' dicebatur hoc est ubi peregrini esse non possent. ** 'mari nomen inhospitale quaesiuerunt'. hoc autem ideo dicitur, propter iniurias Iasonis uel propter Mediam *et* pellem auream. Est autem ordo: ferensque Propontis Euxinum paruo ore ruat. Propontis sinus Euxinum pontum suscipiens.

962 ET GRAIO NOMINE BVSTVM ibi Aiax sepultus est.

963 ROETION ET MVLTVM DEBENTES VATIB· VMBRAS Homero qui carmine suo haec inlustrauit.

970 ASPICIT HESIONES SCOPVLOS SILVASQVE LATENTIS 'scopulos' ad quos alligata fuit a patre Laomedonte beluae. ANCISAE TALAMOS siluas in quibus cum *Venere* concumbebat.

971 QVO IVDEX SEDERIT ANTRO Paris, cum inter Iunonem Venerem Mineruamque iudicauit.

972 VNDE PVER RAPTVS a Ioue in forma aquilae.

973 LVXERIT ENONE ab hac Paris dilectus est: qui cum a Philoctete occisus esset, acceptum corpus herbis quibusdam animauerat rursusque eum passa est mori, cum ille recepto spiritu nominaret Helenam cum suspirio. ⁋ LVSERIT

---

1 arcto; *sequitur in interstitio VI uersuum inepta delineatio intra quam* BOSFOROS (*adscripsit quidam saeculo X aut XI* quidã diabul', *de Lucifero ille cogitans qui est* φωσφόρος) *legitur et* PROPON·TIS *et* ELLESPONTUS, *supra circulis inclusa* TRACIA (est quędã ciuitas *ascripsit eadem illa m. post.*), SES TOS, CALCE DON, *infra* TRACIA, ABI DOS, BIZAN TIOS || bizantius a pausanio *C* || 3 bizaton *C* || 5 calcedonaacbizancium *C* || 7 sciticũ *C* || 9 axenũ *C* || possent maſinominhoſpitaleq; | ſiuerunt *C:* potens· hoc Sallustius ait [ſallait *C posteriore parte f.* 176ᵘ, fallait *Wallerst.*] mari nomen inhospitalia [inospitalia *C* inhospitabila *Wall.*] quesierant [*sic Wall., sed* quefierant *C*] *A cf. mus. Rhen. XVIIII p.* 147 || 10 hoauẽ *C* || 11 mediapellẽ *C* || 12 furensq; *C* || euximũ *C* || 13 sinus] insula *C* || 14 burtum *pr C* || 15 umbraomero *C* || 17 esipnecscopulos *pr C:* h *supra* esi— *add. corr.* || 18 *fort.* beluaeque proiecta· || 19 cumeconcumbebat *C* || 20 quod *C* || 21 minerbamq; iudicabit *C* || 23 quicuafilioctete (q *in litura*, cu *ex* cũ *corr.*) *C* || 26 cũsuspiria *C. artificiosior fabulae forma Alexandrini poetae fabricam testari uidetur, cf. R. Vngeri Sinis p.* 95. *atque quaesitum artificium est tenero affectu adhibito, quem etiam Adonidi moribundo Bion tribuit u.* 8 καὶ Κύπριν ἀντεῖ λεπτὸν ἀποψύχων:

OENONE nympha Cebreni*s* fluminis filia Paridi quondam nupta, cum ille Helenam rapuisset, diu fleuit *et* irata occulte filium suum misit ad Gr*a*ecos dicens Ilium capi non posse nisi Palladium fuisset ereptum. quae tamen cum Paris esset occisus, saxo se praecipitauit.

979 HERCEAS MONSTRATOR AIT NON RESPICIS A· Ἑρκείου Διόc. 'Herceae ar*a*e' Iouis, quas Priamus sacrauerat in regia sua, ad quas a Pyrro occisus est. ⁋ Item: id est Ἑρκείου Διὸc βωμούc, Iouis propulsatoris, ab arcendo mala. fecerat hoc templum Priamus Ioui, mala prohibiturus.

982 *INVIDIA* SACRE CESAR NE TANGERE FAME noli his inuidere quos carmen inlustrat.

984 QVANTVM SMIRNEI DVRABVNT VATIS HONORES Homeri *a* Smyrne ciuita*te*, qui ex nympha Crit*h*eide et Melete amne creditur natus fuisse.

993 IGNIS ADHVC FRIGIVS Vestam dicit.

119ᵘ 998 RESTITVAM POPVLOS deest uobis. RESTITVAM | POPVLOS GRATA VICE MOENIA REDDENT ipse restituit Ilium a Fimbri*a* dirutum legato Silla*e*.

1007 QVAM TVTAS INTRARET AQVAS id est portum.

1016 REX TIBI PELLEVS BELLI PELAGIQ· LABORES D· ipsum Pompeium.

1019 TESSALICAS QVERENS MAGNVS REPARARE RVINAS ne uile uideretur uictum occidere. ideoque dicit: quoniam reparare uolebat aciem.

1023 ACCIPE QVICQVID PROMAGNI CERVICE DARES aut se aut *P*tolom*a*eum dicit.

1029 TV NOMINA TANTO INVENIES OPERI tu dignum nomen tali fa*c*to inpone.

1040 NON ALITER MANIFESTA POTENS ABSCONDE*RE* MEN-

---

nam ἀντεῖ quod restitui, codex optimus Vaticanus dum ἀνιεῖ exhibet, emendationem muniuit || 1 *sqq. cf. Tzetzes ad Lycophr.* 57 || 1 nīfacelebrif luminiſ *C* || 2 rapuiſ&diu· Fleuitirata (F *rubro*) *C* || 5 saxo///se *C* || 6 c·p· κ·ι·ο·ϒa·ι·oє· (*hae litt. rubro*) Lerceaeare *C* || 8 iteminde epri|oϒ-aiocbω moϒ·c· (c· *rubro*) Iouis *C* || 9 arcento *C* || 10 pariam. *C* || 10 *sq.* ꝑibituriſacre *C* || 11 hisinsiuidere *C* || 13 gmirnei· *C* || honeres *pr C* || homeriſmirneciuitaqui *C* || 14 nimfa creteide & meleteā ne *C* || 19 fimbridructum *C:* Fimbria deuictum *Lipsiensis. cf. Porphyrio ad Hor. carm. III* 3, 62 || 22 pompegiū *C* || 23 q; rens *C* || 26 magna *C* || 27 tholomeū *C* || 28 nomine *C* || 29 fatoinpede· *C* || 30 absconde *C.*

TIS mire latinum facit de graeco participium, οὐ δυνάμενος ἄλλως.

1043 QVI DVRO MEMBRA SENATVS CALCARAT VVLTV sine lacrimis. QVA*M* DEBERE CAPVT quam beneficium pro capite ipse debere.

1046 SORS DVRI*S*SIMA FATI fati tui o Pompei.

1049 TE GENERIS NEC NATA IVBET MERERE NEPOSQVE quondam.

1057 S*C*ILICET HOC ANIMO TERRAS ADQ· AEQVORA LVSTRAS ironia.

1063 ADQVIRITQ· FIDEM SIMVLATAM F*R*ONTE DOLORIS ordo: fidem simulati doloris f*r*onte adquirit.

1065 PEIVS DECESARE VESTRVM Q·D·P· peius uos odi quam ipse Pompeius.

1073 ERGO INTESSALICIS PELLEO FECIMVS ARBIS IV*S* GLADIO ut liceret Romanos occ*i*dere.

1080 FAME CVRA MONET deest: set.

1082 CREDITE VICTOREM id est me.

1084 MAIORE PROFECTO QVAM METV*I* POTERAT DISCRIMINE CESSIMVS A· certum est maiore periculo nos pugnare quam credidi. nam cum ego Romam et Pompeium timerem si uictus fuissem, longe alid inueni timeri debuisse id est Ptolom*a*eum.

1088 SCIAT HAC PROCEDE TIRANNVS NIL VENIA PLVS POSSE D· hoc sit praemium, quod ignosco.

1096 DVM VITAM FARIO MAVVLT DEBERE CLIENTI dum uult *P*tolom*a*ei beneficio uiuere, non meo.

1097 LAETA DIES RAPTA EST qu*a* eramus in gratiam redituri.

1108 O BONA LIBERTAS CVM CAESAR LVGEAT AVDENT ironia: quibus palam non licet flere, cum lugeat C*a*esar.

---

1 ο·ẏ·λ·ιν·λ | μενος· λ·λ·λ·ο·ο·κ *rubro C* || 5 ipso deberẽ *C* || 6 durisima *C* || 7 te] tu *C* || nepoſſequondam *C*. *fort.* quoniam ** || 9 silic& *C* || lustrans *C* || 11 *et* 12 fonte *C* || 13 urm̃q; *C* || 14 quaipse *corr. ex* qũaipse *C* || 15 facim̓ urbis ingladio *C* || 16 ocodere *C* || 19 metu *C* || 20 cessim̓ ·λ· (*haec l. rubro*) *C*. *an* cessimus a(rmis)? *exempla Lucani* gessimus arma || 22 alidinuenitimeridebuisse *C* || 24 poss&hoc *C* || 27 uulttolomei benefacio bibere *C* || 28 ẽ· queram̓· *C*.

Marceanei lugani cõm̃torũ· Liber ·viiii· exp̃ incon liber ·x· (M *rubro*) *C*.

LIBER DECIMVS ·

Caesar compositis aput Thessaliam rebus Alexandriam uenit, perlatoque ad se ac uiso Pompei capite anuloque fle-
120 uit. cumque se in regiam recepisset, | eludebatur a tuto-
5 ribus, quo minus pecuniam acciperet, templa sua astu spoliantibus, ut et regios thesauros uacuos esse ostenderent et in inuidiam Caesaris populos concitarent. praeterea Achillas dux regius inbutus semel Pompei sanguine Caesaris quoque necem meditabatur. nam iussus exercitum dimittere cui
10 praeerat ·xx· milium armatorum, non modo spreuit imperium, uerum et aciem direxit. in ipso proelio regia classis forte subducta iubetur incendi. quo incendio et pars urbis inuasa est et quadringenta milia librorum in bibliotheca exusta sunt. Caesar postea insulam ubi Pharus est cepit.
15 eo Achillas cum Gabinianis militibus uenit. ingens pugna commissa est. magna ibi Caesarianorum militum multitudo cecidit. omnes etiam interfectores Pompei interfecti sunt. Caesar ui insistentium hostium pressus scapham ascendit, qua mox pondere subsequentium grauata ac mersa per

---

2 — *p.* 317, 12 *ex Orosio VI* 15. 16 *p.* 421—423 *Hau. sublata* || 2 CAESAR *rubro C* || cōposuit *C sed* cōpositis *idem f.* 127ᵘ (*C*ᵇ *dicam*) || 3 anuloq' *cod. Orosii Bernensis CXXVIII olim Argentoratensis* (*E dicam*) *quode cf. Mommsenus inscr. lat. antiqu. p.* 333: anulo *C* anullo *C*ᵇ || 4 recipiss& *C* || eludebaᵗ auctorib; *C*ᵇ || 5 astᵘ· ,· Poliantib; *C*ᵇ, *sed haec sufficiant curiosius enotata* || 6 ostenderent *C*ᵇ*E:* ostender& *C* || 7 populos *C:* populũ *C*ᵇ*E* || concitarent *C*ᵇ*E* concitar& *C* || acillas *C* || 8 sanguinẽ *C* || quoquinece *C* quoq; necessẽ *C*ᵇ quo necem *E* || 9 dimitere *CC*ᵇ || cui *C*ᵇ*E:* tui *C* || 10 arimatorũ *C* || spręuit *C* spũ *C*ᵇ || 11 prelio *C* p̃lio *C*ᵇ || 12 quo — 13 est et *C:* ea flămacũpartẽquoq; urb̃ inuasiss& *C*ᵇ *cum Orosio* || 13 quadrigenta *C* ·cccc· *C* ·xl· *E* || inbiblioteca *C:* proximisforte edib; cdita *C*ᵇ *Or.* || 14 Exustaš· *C:* exussit: singulare profecto .... euasisse credatur. *Orosius,* exussit singulare profecto .... opera congesserant; *C*ᵇ *ceteris hic quoque omissis* || for'·~ *C* far'· erat *C*ᵇ || 15 acillas *C* || labinianis *C* || 16 cōmisa *C* || cesareannoꝫ *C* caesariannoꝫ *C*ᵇ || 18 ui *C*ᵇ uim *C* || ostiũ *CC*ᵇ || pressus *C*ᵇ passus *C* || scafã *CC*ᵇ || 19 quã *E* quę *C*ᵇ q; *C.*

ducentos passus ad nauem una manu eleuata qua cartas tenebat nando peruenit. mox nauali certamine pulsatus magna facilitate classem regiam aut depressit aut cepit. Alexandrinis petentibus regem reddidit, qui tamen illico ut liber fuit bellum intulit, sed continuo cum toto exercitu suo et ipse deletus est. nam XX milia hominum in illo bello caesa referuntur, ·XII· dedita sunt cum LXX longis nauibus, rex ipse scapha exceptus ut fugeret multis insilientibus mersus necatusque est. corpus ipsius ad litus deuolutum indicio loricae aureae cognitum fuit. qua Caesar Alexandriam praemissa Alexandrinos ad deditionem desperatione conpulit. regnum Aegypti Cleopatrae dedit.

1 VT PRIMVM TERRAS POMPEI COLLA SECVTVS utique generi capud abscisurus.

2 ADTIGIT ET D·C·C·A· deest, quas.

3 PVGNAVIT FORTVNA DVCIS FATVMQ· NOCENTIS E·R·L·R·S·A·I· in discrimen uenit et Caesar et Aegyptus, utrumne inquid, Aegyptus redigeretur in prouinciae formam, uicta scilicet, an occideretur | Caesar ibi sicut et Pompeius. 120ᵘ

9 INDE PARAETONIAM F·S·I·V· in ipsam Alexandriam.

10 PIGNORE TAM SEVI SCELERIS PIA SIGNA S· suos iudicabat Aegyptios morte Pompei.

11 SED FREMITV VVLGI FASCES ET IVRA QVERENTIS INFERRI ROMANA S· postquam Caesar Alexandriam uenit egressusque est naui at regiam pertendens cum lictore suo summouente populum, fremitus factus est externo imperio ma-

---

1 ducentos *C:* a C^b *i. e.* cc || cartas *CE* caras C^b || 3 facilitate *CE cum ceteris Orosii libris:* felicitate C^b || 4 reddidit *C:* reddidit monitũ ut .... studer& C^b *cum Or.* || illico CC^b || 5 exercitiſuo *C* (*sed* ſ *potest correctoris esse*), *corr* C^b exercitituo *pr* C^b || 6 in eo C^b *Or.* || 7 XII· mł cũ LXX. mł longis nauib; dedita ·d· ex uictorib; cecidisse dicuntᵛ; Rex ipse adolescens C^b *cf. Oros.* || 8 scafa CC^b || insidentib; *C* in eã insilientib; C^b || 9 ipsius *C:* ej'· C^b *Or.* || alitᵗ· *C* || inditio *C* insitio C^b || 10 quasar (·ce *suprascr.*) *C* || alexandria *C* || 11 alexandrinosq; oms ad C^b || disperatione *C* || 12 regnumque C^b *Or.* || cleopatra didit· Expli|cit perioca· Incipit commtũ *C* || 13 uterimuoiterras *sic C* || Collas *C* || 15 atigit *C* || *fort. scr.* deest, quas attigerit terras et arenas || 16 *post* nocentis· *in fine uersus interstitium circ. XII litt. C* || 17 uente&caesar &egiptᵗ· *C* || 18 formã uictaſclano|caeſar *C* || 20 frętoniam· F·S·E·U· Lipsa *C* || 21 pienore *pr C* || sceleris spiasiona *C. sed* sua *scholiasta legebat* || 23 uulgiras ces· *C* || 25 atregiãpten|denscũlitore *C* || 26 magestatẽ· regiãmmui· & fascili· Romanis (R *rubro*) *C.*

iestatem regiam minui et fascibus Romanis Aegyptum in prouinciae formulam redigi.

13 ET ANCIPITES ANIMOS MAGNVMQ· PERISSE NON SIBI intellexit Aegyptios Caesar non in suo fauore occidisse Pompeium sed insita saeuitia.

19 TVMVLI CVPIDE DESCENDIT INANTRVM in necropoli sub terra, quod nunc antrum uocat, mausoleum est trans Nili fossam, in quo primum Alexandrum conditorem Alexandriae Ptolomaeus Soter consecrauerat depositum in sarcophago. postea omnes reges ibi conpositi sunt.

24 ET REGNI DVRAVIT ADVLTIMA FATVM· NAM SI LIBERTAS VMQVAM SIBI REDDERET ORBEM· LVDIBRIO SERVATVS E· bene 'durauit ad ultima fatum'. felicitatem, inquid, quam uiuus habuit, possedit et mortuus. si eius ossa per diuersa spargerentur, sicut oportuerat, potuisset aliqua ex parte mundus recipere libertatem, si de illo datum fuissed exemplum.

29 VICTASQ· PATRI DISPEXIT ATHENAS cum nobilissimae essent, contentus his non fuit.

33 PERSARVM EVFRATEN INDORVM SANGVINE GANGEN ἀπὸ κοινοῦ miscuit.

43 QVI SECVM INVIDIA QVA TOTVM CEPERAT ORBEM ABSTVLIT IMPERIVM inuidit, inquid, successoribus suis, ne unus toto orbe poteretur sicuti ipse.

45 [TOTIVS FATI] LACERANDAS PRAEBVIT VRBES per satrapas.

48 LICET VSQ· SVB ARTO REGNEMVS cum septemtrionalem et occidentalem uel australem plagam uicerimus, tamen orientalem quam Alexander uicerat, nos timemus. LICET VSQVE SVB ARTO REGNEMVS licet uincamus ab oriente usque in occidentem.

51 NON FELIX PARTIA CRASSIS deest: fuit. Parthiam | 121 autem Crassus infeliciter cum suis adiit.

---

3 accipites *C* || perissent· *C* || 4 egiptios *C* || fabore *C*. *cf. ad p.* 269, 28 || 7 atrũuo cantmausuleũ *C*. *de uitio uerbi cf. ad p.* 86, 3. 281, 25: *de re p.* 281, 20 || trannili *C* || 9 tolomeus socer *C*. *em. Kiessl.* || sargofago *C* || 11 bibertas quã sibi *C* || 12 seruatus *corr* seruatus *pr C* || 14 mortuuseei'· *C* || 17 uitas | apatri *C* || nobiliſima ·ee· *C* || 19 gangent· Apocyne (nv *corr*) *C* || 22 succensorib; *C* || 23 sicute opse *C* || 27 autralẽ plagãucerimus *C* || 28 liceque *C* || 30 inhoc cidentẽ *C*.

52 EXIGVAE SECVRA FVIT PROVINCIA PELLAE quando Alexander uincebat.

63 TERRVIT ILLA SVO SI FAS CAPITOLIA SISTRO mentionem facit belli Actiaci.

76 INLICITOSQ· TOROS ED NON EXCONIVGE PARTVS suscepit enim *Caesar*ionem nomine *e* Cleopatra filium, quem occultatum Augustus inquiri atque occidi praecepit.

83 SIMVLATVM COMPTA DO͂LOREM dum comta est ad plange*n*dum dolorem quem simulasset.

84 QVA DECVIT in quantum decuit dolentem. VELVTI LACEROS DISPERSA CAPILLOS passi*s* crinibus ad decorem.

88 SI TVA RESTITVET VETERI ME DEXTERA FATO ita regina, si tu me regno restitues.

95 SET HABET SVBIVRE FOTINI ADFECTVS ENSESQ· SVOS unum libidinis est, alterum regni.

97 CVLPA TANTOQ· PVDORE SOLVE DOMVM non tam regnum adipisci cupio quam domum carere dedecore.

106 EXIGIT INFANDAM CORRVPTO IVDICE NOCTEM ἀπὸ κοινοῦ *u*ultus.

108 EXCEPERE EPVLE TAN*T*ARVM GAVDIA RERVM quae epul*a*e gaudia solent esse curis omissis.

114 NEC SVMMIS CRVSTATA DOMVS sed solidis.

115 NON SEGNIS AGATES non contemtibilis.

116 PVRPVREVSQ· LAPIS porphyreticus.

117 CALCABATVR ONIX onyc*h*inus lapis.

EBENVS MAREOTICA VASTAS N·O·P· 'hebenus' materia qu*a*e in Meroe insula nascitur. HEBENVS MAREOTICA contra Virgilius neutro genere posuit 'India nigrum fert hebenum'.

122 FVLGET GEMMA TORIS lectis gemmatis. ET IASPIDE FVLVA SVPELLEX iaspidis genera sunt tria, un*um* aerizon, alterum zmara*g*dizon, tertium mixtum.

---

1 pelleæ *pr C* pelle^{e}//// *corr C* || 3 capitola *pr C* || 6 enĩ eodẽ nominecleopatra *C:* cesarioden nomine susceperat de Cleopatra *A* Cęsarion de nomine susceperat de cleopatra *G. igitur* commentator *et A scripserunt* Caesarioden || 8 comata *C* || cõta ⁓ & ad plangedũ *C* || 11 passicrinib; *C* || 12 sitituarestitu· & *C* || 14 fotiani *C* || 16 demũ *C* || 18 apocỹnuulr̃· *C* || 20 tanarũ *C: corr. D* || 23 gegnis *C* || 24 porforetic'· *C cf. Fleckeisenus ann. philol. a.* 1866 *p.* 10 *sqq. M. Hertzius de M. Plautio p.* 12, *infra p.* 320, 18, *p.* 205, 9 *cl. p.* 322 || 25 onicinus *C* || 26 uastas *sic C* || 27 que *C: corr D* || 28 *Verg. ge. II* 116. *cf. ibi Seruius* || fret *C* || 30 subpellex· *C* || triaunzicerizon alterũ ỹmaridisonr̃tiũ *C.*

125 PARS AVRO PLVMATA NITENT PARS IGNEA COCCO VT MOS EST FARIS MISCENDI LICIA TELIS polymitum dicit.

127 POPVLVSQ· MINISTER· D· HOS SANGVIS [ALIOS DISTINXERAT AETAS] propter colorem candidum et *A*egyptium.

[HOS SANGVIS] ALIOS DISTINXERAT ETAS senes et pueros.

129 HEC LIBICOS PARS TAM FLAVOS GERIT ALTERA CRINES deest: pars.

121ᵘ 131 PARS SANGVINIS VSTI TORTA CAPVD | ·R·G·A·F·C· crispos enim calidus sanguis facit et *a*estus. TORTA CAPVD REFVGOSQ· GERENS A·F·C· tortos crines.

138 NEC SCEPTRIS CONTENTA SVIS N·F·M· cui nihil satis esset ad luxum.

139 PLENA MARIS RVBRI SPOLIIS uniones qu*a*e in conchyliis maris rubri nascuntur.

141 CANDIDA SIDONIO Tyrio scilicet.

142 QVOD NILOTIS ACVS CONPRESSVM PECTINE SERVM SOLVIT bombyces aput Seres nascuntur, qui resoluuntur in fila et fiunt bombycina *siue* Serica uestimenta.

153 SORDIDVS ETRVSCIS ABDVCTVS CONSVL ARATRIS Atilius Serranus: Virgilius 'uel te sulco Serrane serentem'. ABDVCTVS CONSVL ARATRIS. Minucium consulem *A*equi Vulscique superarunt in Algidoque concluserunt, *actumque infeliciter foret*, ni Quinctius Cincinnatus praecipuus ille dictator obsidionem hoste uicto soluisset. qui repertus *ruri* ab aratro arcessitus ad fasces est et breui uictor iugum boum *A*equis inposuit triumphator prae se primus hostem agens.

154 OBTABIT PATRIE TALEM DVXISSE TRIVMPHVM ut si non est cupido auaritiae, s*it* glori*a*e.

158 NON MANDANTE FAME quoniam fames quibusuis epulis solet esse content*a*.

---

